

cap. In presentia de probat. & Doctores multos in locis tradunt; illa non est inducenda, nisi prout in iure expressa reperitur, cap. Constitutio, & ibi gloss. in de elect. lib. 6. l. Praecipimus in fine, de appellat. l. Saucimus, Cod. de testam. Neque enim per subauditum, aut tacitos intellectus inducitur correctio, ut dicit gloss. in cap. Curator, §. Quod si per viginti, in verb. Petere, de elect. lib. 6. Sed potius iura iuribus concordanda, cap. Cum expedit, de elect. lib. 6. Gem. conf. 88. Innoc. Papa ad fin.

6. Secundo, praevidendum est Ecclesiasticam potestatem non solere se immiscere in aliena iurisdictione, cap. Novit, de iudic. cap. Licet ex suscepto, de foro competenti. alioquin eidem possit imponi non pareri, l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. & notat Innocent. in cap. Inquisitioni, prope fin. vers. Item si praecipit laico, de sentent. excomm. & Felin. in cap. Accipimus num. 2. de fid. instrum. nec possit aliquis inhabilitate non subditum, ut colligitur ex Jalon. in Auth. Ingr. ff. num. 10. C. de Sacrosanct. Eccles.

7. Tertio, praevidendum est Ecclesiam regulariter non habere iurisdictionem in laicos, nisi in certis casibus, de quibus in verbis additis ad gloss. penult. in dict. cap. Licet, tradunt etiam DD. in cap. Cum sit generale, per illum text. de foro compet. & in cap. Per venerabilem, & ibi plenè per Host. & Joan. Andr. qui si sit legitimi.

8. Quarto, praevidendum in dict. cap. 16. sess. 25. de Regular. nullam exprimi qualitatem ratione rei, contractus, vel delicti, super qua possit iurisdictione Ecclesiastica fundari, nisi solam qualitatem personae, quae est ipse Novitius, qui ut notat Hostien. in cap. Statuimus n. 4. circa fin. vers. Nec obstat, de Regular. fori privilegio gaudet, cum sit de iurisdictione Ecclesiastica. Et inde infero Concilium non inhabilitare omnes personas, qui possit, nisi servatis iis, de quibus in dict. cap. 16. renunciationem, vel obligationem facere, sed solum illas, quae sunt de sua iurisdictione, imò nec has omnes, sed solum illas personas in d. c. expressas, nec correctio ultra expressa inducatur.

9. Quinto, praevidendum inter ceteros status, seu gradus personarum Regularium, de quibus loquitur d. c. ut colligitur ex verbis ipsi, ac etiam ex rubrica de Regular. sub qua hoc capitulum collocatum reperitur; qui ideo in Monasteriis recipiuntur, ut ad formam cap. Ad Apostolicum, de Regular. probantes, & probati suo tempore ad professionem regularem admittantur, vel ut elapso anno ad formam dict. cap. 16. e Monasteriis eiciantur. Alter status est Donatorum, seu Oblatorum, de quibus, ut inquit Abb. hic n. 2. sunt aliqui, qui seiplos, & sua donant Ecclesiae absque eo quod fiant Monachi & dicuntur Oblati, & ut inquit Bero. in c. In presentia.

10. de prob. Ex quo qui transferunt se ad Religionem non per modum professionis, sed simpliciter conversionis non sunt Monachi, sed Oblati, de quibus etiam plenè Socin. in tract. de Oblat. & plenè scripti in c. Ut privilegia, infra de privileg.

Sexto, praevidendum etiam, attento communi usu loquendi, Novitii proprie dicantur ille, de quibus in §. supposit. in princip. actum fuit, atquando tamen licet raro & minus proprie, accipiuntur etiam pro iis qui in Religione non sunt adhuc admodum circa regulares observantias instructi, Clem. 2. §. Sacra, ubi gloss. in ver. Novitii, de stat. Monach. vel quibus ex quo intrant in Monasterium, annus adhuc lapsus non est, argum. l. Interdum, §. Quoties, ff. de publican. quod praevidendum fuit ad faciliorem explicationem quaestionis, quae in genere de Novitio proponitur, nulla facta distinctione, an intelligatur de Novitio, qui recipitur in Monasterium, ut fiat, mediante professione Monachus, cuius appellatione comprehenduntur etiam conversi, qui professionem solemnem trium votorum, & ipsi post probationem emittere solent, solumque differant à Monachis ratione Ordinum sacerorum, ex Cardin. in Clem. 1. in fin. de detim. iuncto etiam eo quod dicitur in Clem. 1. in prin. de excess. Praelat. Nam, ut inquit Bero. d. c. In presentia, n. 58. post Imol. in cap. Quia ingredienti, de testam. Converterum facit non habitus gestatio, sed professionis emissio. An verò intelligatur de illis qui simpliciter, nulla emissione professionis fuerint donati seu Oblati, vel etiam conversi illius speciei, ac professionem non emittant, de quibus etiam loquitur Special. in tit. de Regular. quae tria nomina in idem quoad rem coincidunt, & pro eodem recipi solent, quia secundum diversitatem Religionem in aliquibus vocantur Oblati, in aliquibus donati, & aliquibus conversi sine professione.

11. Sicutio, praevidendum Concilium Tridentinum in d. c. 16. loqui solummodo de novitio primo, & proprio modo, non autem secundo modo sumpti, qui in Monasterio, non ut ibidem professionem regularem emittant, sed ad alium recipiuntur statum, puta ut sint Donati, vel Oblati, ad quos ut dixi reducuntur Conversi non Professi. Et cum ex hoc dependeat quaestio proposita resolutio, probandum omnino venit. Probatur autem, quia praedictis Donatis, seu Oblatis

verba Concilii non congruunt, primò ponderando dictionem, quoque, positam in d. c. 16. quae cum sit continuativa, denotat secundum Cardin. in Clem. 1. §. 1. quae. 1. de Regular. Concilium loqui in hoc cap. continuativè, & conformiter de eadem materia, de qua agit in praedicto cap. quod incipit. In quacumque. Sed Conc. in praedicto capite disponit quomodo, & quando Novitii admitti possunt, vel non ad professionem, & per quantum temporis stare debeant in probatione. Huiusmodi autem verba professionis, & probationis praedictis Donatis, & Oblatis nequaquam conveniunt, cum nec ad professionem admittantur, nec ullo iure sit cautum, ut in probatione stent per aliquod tempus. Ergo nec sequens Capitulum, quod continet eandem materiam illos comprehendit, cap. Si par ad fin. de testam. lib. 6. cap. Majores, de Bapt. gloss. magna in fin. in Clem. 1. de sentent. excomm. Pondero praeterea verbum illud, antea facta, quod nec sensus sit imperfectus, non potest regi, nisi ab illa persona, de qua supra habitus fuit sermo. Et quia supra actum fuit solum de illo Novitio, qui post annum, & non prius debet admitti ad professionem, sequitur ut & verba d. c. 16. alium non possint habere sensum, quam hunc, videlicet nulla renunciatione, aut obligatio à dicto Novitio facta ante annum probationis exactum valeat. Quae verba cum nullo modo praedictis Oblatis convenire possunt, utique nec dispositio cap. Tua, de spons. l. 4. §. Toties, & ibi Bart. ff. de damn. iniect. Gemin. conf. 65. num. 2. Lex enim non imprimit effectum suum, nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. ait in conf. 88. sub num. 4. vers. Cum ergo concurrant. Idem colligitur ex pluribus aliis similibus verbis, quae in d. cap. 16. ponuntur, quae solis Novitii primo modo proprie sumpti convenire possunt, ergo de illorum Concilium loqui reprehenditur. Unde non est aliquo modo extendendum ad alias personas, ut minus corrigat ius commune.

Hic praemissa quaestioni propositae deciditur sub hac distinctione respondendum, nam aut quaeritur de Novitio secundo modo sumpti, & quoad ipsos dicendum est ius antiquum nequaquam correctum fuisse; ideoque licere illis, ut prius donare, neque attendendum esse lapsum alicujus temporis probationis, quae ante professionem fieri solet, cum ipsi nec professionem faciant, nec de iure stare teneantur in aliqua probatione. Aut quaeritur de Novitii primo modo sumpti; & tunc iterum distinguendum videtur. Nam aut quaeritur, quid iuris quoad illos Novitios, qui in principio recepti sunt in Monasterium ea principali intentione, quae in omnibus actibus attendenda est, leg. Si quis nec causam, ff. si cert. pet. Felin. in cap. Non dubium num. 2. de sent. excomm. ut post debitam, & annuam probationem ad professionem admittantur, vel e Monasterio eiciantur, & postea ante lapsum anni dicta intentione mutata, volunt, mediante dicta donatione, & obligatione sui, & suorum ad statum Oblatorum, seu Donatorum recipi; & donatio videtur valere, nam in hoc casu, ut in similibus dicitur in l. Singularia ff. Si cert. pet. perinde ac si ante completum probationis annum, ut poterat de iure c. Consulti de regul. ad saeculum essent reversi & postea religionem ad statum Oblatorum sui Donatorum intrassent quae actio cum à prima sit re ipsa separata & distincta debet uti à prima separata considerari & iudicari. Unde sequitur ut nec sit comprehensa in dispositione d. c. 16. ut supra dictum est de illis Oblatis qui usque à principio Religionem in statu Oblatorum non profertur ingressi. Aut quaeritur de illo Novitio qui à principio fuit receptus hac principali intentione, ut post debitam probationem ad professionem regularem admittatur, vel e Monasterio eiciatur & postea non recedendo à praedicta intentione & actione vult retento praedicto Novitiorum statu seipsum & bona sua Monasterio donare. Et ad hoc dicendum est primò quaestionem implicare repugnantiam, ut eadem persona simul, ac semel eodem tempore velit retinere in Religione statum Novitiorum qui retractabilis est & statum Donatorum, qui de se est irtractabilis. Quod tamen si fieret, probabiliter esset haec sui & suorum donationem non valere. Ex quo Concilium per verba negativa, quae plus negant & tollunt quam ponant & affirmat affirmativa gloss. in cap. Cum dilectus in verb. à suspensio, de consuet. generaliter decrevit nullam donationem à Novitio extra modum ab eodem Concilio praescriptis validam esse. Ergo si nulla donatio est valida, sicut non valet donatio per se absolute facta, pariter nec valet, licet fiat simul cum sui ipsius persone obligatione seu donatione. Imò forte nec sui ipsius teneret, quia & ipsa etiam dicitur Oblatio, quae à Concilio prohibita est, eo quod non potius hanc quam illam; sed omnes omnino irritat Oblationes à Novitio factas, ut in simili dicit glossa in c. Statutum, §. Insuper in verb. Nullum de re script. lib. 6. Negativa etiam universalis negat omnia possibilia, Rom. conf. 199. Praesens num. 2. vers. Secundo quis; et in uno etiam minimo sit falsum.

12. In illis personis, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. ait in conf. 88. sub num. 4. vers. Cum ergo concurrant. Idem colligitur ex pluribus aliis similibus verbis, quae in d. cap. 16. ponuntur, quae solis Novitii primo modo proprie sumpti convenire possunt, ergo de illorum Concilium loqui reprehenditur. Unde non est aliquo modo extendendum ad alias personas, ut minus corrigat ius commune.

13. In illis personis, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. ait in conf. 88. sub num. 4. vers. Cum ergo concurrant. Idem colligitur ex pluribus aliis similibus verbis, quae in d. cap. 16. ponuntur, quae solis Novitii primo modo proprie sumpti convenire possunt, ergo de illorum Concilium loqui reprehenditur. Unde non est aliquo modo extendendum ad alias personas, ut minus corrigat ius commune.

14. In illis personis, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. ait in conf. 88. sub num. 4. vers. Cum ergo concurrant. Idem colligitur ex pluribus aliis similibus verbis, quae in d. cap. 16. ponuntur, quae solis Novitii primo modo proprie sumpti convenire possunt, ergo de illorum Concilium loqui reprehenditur. Unde non est aliquo modo extendendum ad alias personas, ut minus corrigat ius commune.

in, in omnibus reddatur facta, quia nullam patitur restrictionem, l. Si in qui dicitur, §. Utrum ff. de reb. dub. Cravert. conf. 89. Plura curanda num. 4. Imò omnia includit, quae sub latissima significatione vocabuli continentur. Decian. conf. 12 num. 12. lib. 1. Possit autem questio procedere in eo qui durante probatione, seu Novitii anno à dicto statu Novitiorum non recedendo sua irrevocabiliter se autem revocabiliter offerret. Et in hoc casu idem & multo magis videtur concludendum, videlicet non valere hanc donationem per rationem praedictam. Praefertim quia per huiusmodi irrevocabilem bonorum Oblationem admittit Novitio libertas ad saeculum redeundi, quae fuit ratio prohibitionis à Concilio considerata in d. c. 16. ibi. Ne hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel majorem substantiam suae partem Monasterium possideat. An autem quando quis obtulit se & sua, revocata, seu annullata sui Oblatione, revocatur etiam donatio rerum, tractatur in cap. Quod à te, de elec. consuz. super quo non est immorandum quia nec questio proposita hoc exigit. Itaque omnibus in compendium redactis donatio facta ab eo qui ingrediatur Monasterium in statu Oblatorum, seu Donatorum, seu etiam Converterum, illorum inquam, qui non sicuti professionem regularem, valida est etiam primo die, vel pri-

mo mense sui ingressus donet se & sua Monasterio. Donatio autem, quae fit ab eo, qui ut Novitius ingressus est Monasterium & receptus est statum Novitiorum ad hoc, ut completo probationis tempore ad Monachalem recipiatur professionem, vel ad saeculum reveratur; nisi prius expressè, vel tacite dicto statui renunciet, quod tamen facere videtur, dum postea donat se, & sua irrevocabiliter Monasterio, non valet donatio, quia est facta à Novitio ante tempus à Concilio statutum. Idem & multo magis si donaret sua irrevocabiliter, sed seipsum revocabiliter. At si is qui intravit & fuit admissus ad statum Novitiorum, mutet propositum & velit à dicto statu recedere & recipi ad statum Oblatorum; ejus donatio ab ipso quoadcumque facta valebit, quia non est facta ab eo Novitio, de quo loquitur Concilium.

Ad propositum dubium satis esset respondere huiusmodi donationes, quae fiunt ab iis qui ut Novitii ingrediuntur animo profecti legitimo tempore, comprehendunt, cap. 16. sess. 25. de regul. Oblatos vero, qui se & bona sua Monasterio dederunt, etiam perpetuo & plenè Oblati fuerint, ad cap. 15. & 16. non comprehendunt & ita S. Congregatio respondit.



DE SEPULTURIS.

Innocentius III. Januensi Archiepiscopo.

CAPUT III.

Fraternitatem tuam non credimus ignorare, mortuorum sepulchra & caemeteria, apud illas Ecclesias & Monasteria, ex antiquo esse disposita, in quibus Religionum fratrum Conventus sunt constituti, & orationes atque Missarum solemnna tam pro vivis quam pro defunctis, frequentius celebrantur. Unde ipsorum devotioni & extremæ voluntati, qui apud huiusmodi Ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui verò relictis antiquis Ecclesiis, & patrum aliorumque parentum suorum sepulchris, contra consuetudinem Patrum veteris testamenti, qui cum patribus suis sepulti esse leguntur, ad nova & minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter & contra antiquam consuetudinem facere videntur. Unde si P. de Castello contra antiquam & rationabilem consuetudinem, aliquid de corpore suo sepeliendo mandavit, hoc non praedicitur rationi, sed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipsius Monachis sancti Stephani reddi facias, & cum suis patribus sepeliri.

SUMMARIUM.

1. Sepultura electio in loco minus religioso an, & quando valet & num. seq.
2. Sepultura relicta sepulchro majorum suorum eligi non potest in Ecclesia, quae de iure vel ex privilegio caemeterium non habet.
3. Ecclesia regulariter de iure communi non habet caemeterium.
4. Ecclesia habentes populam, habent jus funerandi, dummodo caemeterium fuerit eis ab Episcopo deputatum, & numer. 6.
5. Monasteria Regularium de iure communi habent caemeterium etiam si populam non habeant & resellitur contraria opinio Abbatis.
6. Sepultura privilegium potest Episcopus concedere ex iusta causa & de capituli consensu, dimissa tamen Parochiali Ecclesia canonica portione.
7. Sepultura cur potius sit eligenda in locis magis religiosis.
8. Mortui an magis participent de suffragiis factis in Ecclesia in qua sepulti sunt, quàm de factis alibi & n. 16.
9. Sepultus apud Martirem orationi Martiris commendatur.
10. Parentum appellatione aliquando veniunt atinentes & non Fagnan. in III. Lib. Decretal.
11. Sepultura non eligentes, aut minus rationabiliter sepeliendi sunt in sepulchro majorum suorum.
12. Missa unius celebratione an omnibus satisfaciatur Sacerdoti, qui pro pluribus Missis plura stipendia accipit & num. seq. usque in finem.
13. Missa sacrificium pro pluribus Oblatum an tantum pro se singulis, quantum si pro quolibet ipsorum singulariter offeratur, latissime dicitur usque ad n. 79.
14. Canonista & Theologi referuntur pro prima opinione ass. firmata & n. 18.
15. Oratio specialis an magis pro se quam generalis, ibidem & n. seq. & n. 56.
16. Suffragium an majorem conferat honorem anima illius pro quo fit & in quo ejusmodi honor consistat.
17. In Purgatorio existentes per orant pro aliis.
18. Missam pro pluribus de eadem non minus pro se singulis quam si dicatur pro uno, quibus argumentis probatur & num. seq. usque ad n. 25.
19. Missa una ex parte sui est valoris infiniti & sufficiens ad satisfaciendum pro omni parte & n. 47. & 74.

quo dicitur, que non minus aliis prodest, qui cum eo sunt, quam ipsi dicitur, & forte magis si habeant oculos clariores. Et etiam lectione; que non magis prodest ei, pro quo legitur, quam aliis, qui simul cum eo audiunt, sed forte aliis magis, qui sensu capiores. Et ad obiectum, quod secundum hoc Ecclesie ordinatio est vana; que specialiter pro aliquibus aliquas rationes insituit, respondebant Ecclesiam hoc fecisse ad excitandas devotio nes fidelium, qui promptiores sunt ad facienda specialia suffragia, quam communia, & ferventius etiam pro suis propinquis orant, quam pro extraneis.

37 Ceterum hac sententia vera est si pensetur valor suffragii, secundum quod procedit ex virtute charitatis, que unit membra Ecclesie; quia omnes, qui sunt in charitate, sunt quasi unus corpus; & ita bonum unius redundat in omnes, cap. charitatem 12. qu. 2. cap. Loquitur Dominus 24. qu. 1. & secundum hoc quodcumque bonum factum ab aliquo valet cultibus in charitate excellenti, valet enim opus bonum per modum meriti, cuius radix est charitas, & sic suffragia pro uno facta omnibus valent, quantum scilicet omnes qui sciunt gaudent ex charitate de bonis, que ex charitate sunt. Et hoc respectu verum est suffragia plus valere illis, pro quibus non fiunt, si sint maioris charitatis, scilicet autem si consideretur valor suffragii secundum hoc quod per intentionem unius actus eius transferitur in alterum per modum satisfactionis. Hoc enim modo suffragia non valent nisi illis, pro quibus fiunt. Ita declarat B. Thom. loc. cit. & in quodam. 2. art. 14. & Turrecem. in c. Non mediocriter n. 9. de consecr. dist. 5. ubi hanc doctrinam tuetur ab impugnatione Durandi, & sequuntur hic Canonistae ferè omnes, ut dicam infra n. 71.

38 Quarta opinio similiter docet esse Silvestri in verb. Missa 1. qu. 9. n. 9. verò. Est igitur & tertia opinio, qui sic distinguendum putavit (aut Sacerdos moveatur à seipso vel ab aliquo uno tantum ad celebrandum pro pluribus primò & principaliter, veluti si unus det ei elemosinam petens Missam pro anima patris, matris & uxoris. Et hoc primo casu Sacrificium non tantum prodest singulis pro quibus offertur, quantum si pro unoquoque ipsorum singulariter offerretur, quia affectus offerentis cui proportionatur effectus sacrificii, est unus tantum qui fertur totus in omnes primò; sed non primò totus in singulos, sed ut conveniunt in aliquo uno, puta in numero vel multitudine eorum pro quibus sacrificatur; & consequenter effectus talis sacrificii attribuitur totus omnibus, seu non totus singulis; sed dividitur & consequenter fit minor ad singulos. Si verò Sacerdos moveatur à pluribus ad celebrandum pro multis, ut quia unus petit Missam pro anima patris, alius pro anima matris, alius pro anima uxoris: unica Missa omnibus satisficit & tantundem valet singulis quantum omnibus, quia affectus quibus respondet effectus sacrificii primò feruntur in singulos secundum singulos moventes ad celebrandum; & consequenter effectus sacrificii attribuantur primò singulis & nullus est effectus primò respiciens multitudinem petentium & sic unius celebrationis sunt multi effectus & multe satisfactiones; & hoc modo in uno sensu intelligi potest d. c. Non mediocriter.) Ita Silvester ex cuius sententia, ut videt, Sacerdos qui à diversis plura stipendia pro pluribus Missis celebrandis accepit, unica Missa satisficit omnibus, quia quilibet nihil minus habet. Idemque ante ipsum perspicuis verbis asserit Angel. in verbo Missa n. 52. Et ad obiectum quod hoc modo unica Missa liberari possent omnes animæ de Purgatorio. Respondet Silvester hoc esse possibile, quia cum virtus sacrificii sit infinita quantumcumque erit multitudo offerentium, scilicet eorum qui dant stipendium, etiam si arenam maris excederent, tanta erit multitudo effectuum sacrificii & consequenter animarum liberatarum, si unico tali effectui poterant omnes liberari, si limitant tamen suam conclusionem nisi repugnet aliqua promissio licita Sacerdotis: quæ si interveniat, servanda est.

Verum hac distinctio videtur chimerica, quia cum voluntas sit potentia libera; nihil prohibet quin affectus Sacerdotis ferri possit totus in singulos, etiam in eo casu in quo moveatur ab uno ad celebrandum pro pluribus. Quin imò, ut plurimum sic contingit, quia in Memento cogitantur primò singuli pro quibus sacrificium offertur; nec distinguitur an unus vel plures sint qui elemosinam contulerunt, unde secundum hanc distinctionem utroque casu unica Missa satisficit omnibus, quod ex diametro pugnat cum Doctrina Divi Thomæ cui Silvester profertur se velle adhaerere. Præterea neque in eo casu in quo Sacerdos dirigit intentionem suam primò in singulos, potest unica Missa pluribus satisficere, quia cum effectus sacrificii extensivè sit finitus & divisus in plures, minuitur; & quicquid datur uni, adimitur alteri contra iustitiam, ut fuit explicatè infra in argumentis pro sexta opinione. Unde iure optimo hanc distinctionem Silvestri reprobat Sacra Congregatio Concilii in Decretis de Celebratione Missarum, de quibus infra, numero 65. in illis verbis: plura stipendia sive ab una,

sive à pluribus personis collata fuerint aut conferentur in futurum.

Quinta opinio itidem media est Suarez tom. 3. in part. dist. 79. sect. 12. qui distinguit valorem sacrificii quoad satisfactionem poenæ & quoad impetrationem. Primo modo putat sacrificium non æquè esse satisfactionem si pro pluribus offertur ac si pro uno tantum; & in hoc convenit cum communi sententia Theologorum & Canonistarum. Secundo autem modo sentit æquè impetrationem esse sacrificium, si pro pluribus ac si pro uno singulariter offertur. Cui distinctioni videtur etiam accedere Covarr. in c. Alma Mater, par. 1. §. 5. n. 9. nam quoad valorem satisfactionis contentum cum communi & motu subdit. At si consideremus valorem operis quoad impetrationem à Divina liberalitate: nulla est certitudo quid Divina Majestas pluribus vel una tribuet.

41 Sed hæc distinctio implicite reprobata est in iisdem Decretis de celebr. Missar. d. §. Quoad in illis verbis (pro pluribus Missis etiam ejusdem quantitas que aperit innuunt ut Sacerdos oblitus ad celebrandum plures Missas sive illæ sint de Requiem & sic ad satisfaciendum; sive de Spiritu Sancto & sic ad impetrandum, five alterius quantitas: non possit unica Missa omnibus satisficere; imò peccat contra 42 iustitiam & sic obnoxius retributioni.) Et quidem iure optimo; nam cum sacrificium extensivè habeat efficaciam finitam, etiam respectu impetrationis; sique uni debitum, si distribuitur in plures; minus accipitur singuli ad impetrandum; & sic committitur iniustitia, ut late probabitur infra d. n. 51. Rursus sollicitudo Ecclesie pluribus Missarum ad eandem rem impetrandam & alia fundamenta omnia que inferius adducuntur pro sexta opinione à n. 35. usque ad n. 65. æquè concludunt in impetratione æquè satisfaciende. Præterquam quod est admittendum cum Cajetano & nonnullis aliis valorem sacrificii esse triplicem, scilicet meriti, impetrationis, satisfactionis, verè tamen sub genere impetrationis includitur & satisfactio, quia effectus sacrificii ex opere operato tam respectu remissionis & penarum quam respectu aliorum effectuum; non est per modum effectuum ut in Sacramentis; sed per modum impetrationis, ut c. Vixim de consecr. dist. 1. c. Non asserimus & c. pro obtinendis 13. qu. 2. cum multis similibus; & patet ex Concilio Tridentino sess. 22. de sacrific. Missar. c. 2. & observant Petrus à Soto, sect. 1. de institut. Sacerdot. & lect. 7. de Euchar. Valsq. in 3. part. dist. 229. c. 2. Bellarm. de Missa c. 4. & Tolet. lib. 2. c. 3.

Sexta igitur & ultima opinio est, sacrificium Altaris magis prodest illi pro quo singulariter offertur quam si pro pluribus 44 offertur; ac proinde Sacerdotem qui plures elemosinas accepit pro pluribus Missis celebrandis, non posse unica Missa suæ obligationi satisficere. Ita ex Canonistis Bernardus Hispanus relatus ad Archid. in c. Non mediocriter ad fin. de consecr. dist. 5. & idem Archid. ibidem, quia asserit hanc esse veram sententiam secundum Theologos, quam tenent hic Joannes Calder. & Joannes Andreas n. 5. in glossa 3. verò. Dicat. Burr. n. 8. Anchar. n. 5. Card. n. 5. & 6. Abb. n. 4. Joan. de Anan. n. 5. Henr. Boich. in fine operis seu in c. ult. circa finem de verb. signif. Card. Turrecem. in d. c. Non mediocriter n. 9. Abb. conf. 99. incip. Quidam condidit testamentum n. 5. verò. Nunc tertium daturum lib. 2. Roch. de Curie in Tractatu de Jure Patronatus in verb. Honorificum q. 57. Cesar. Lambert. eodem Tractatu lib. 3. in 3. q. principalis art. 3. Petr. Brix. in suo Repertorio in verbo Missa, ubi testatur hanc questionem fuisse disputatam in Concilio Basiliensi; & sequè deputatione Concilii plenè allegasse & addidisse dicta Theologorum in 4. dist. 45. Præpof. in c. Sacrosanctus n. 2. 22. dist. ubi testatur hanc esse communem Doctorem opinionem. Navar. in manual. c. 25. n. 92. & 111. verò. Trigesimo quinto & conf. 8. n. 2. de Celebrat. Missar. & latius in Euchirid. de orat. c. 20. n. 77. & in d. c. Non mediocriter de consecr. dist. 5. Petr. Navar. de res. lib. 2. c. 2. d. n. 262. & Covar. in c. Alma mater, par. 1. §. 5. n. 9. ubi asserit hanc sententiam veriore & frequentiori calculo receptam esse; & pro illa citat Innoc. in cap. penult. Ne Prælat. vic. suas qui tamen nihil in proposito.

45 Ex Theologis veteres Scholastici omnes & in specie Sanctus Bonaventura in 4. sententiarum dist. 45. art. 1. q. 3. ad ult. Richard. de Mediavilla ibid. q. 3. Duran. ibidem q. 3. n. 11. Petr. de Paludo q. 2. art. 1. concl. 1. & 2. Major. q. 2. Scot. quodlibet 20. §. De primo & §. de secundo. Gabriel l. 8. art. 3. in solutione tertie rationis. Joan. Medina in Tractatu de orat. c. de valore orationis pro multis fuit. Soc. in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. §. Illi autem & §. Quocirca, ubi etiam testatur in suo ordine decretum esse ne quis pro una Missa à pluribus elemosinam accipiat. Gregor. de Valent. in 3. parte dist. 6. q. 10. par. 1. §. 25. Henr. in summa lib. 9. c. 19. §. 5. Suar. tom. 3. in 2.

part. dist. 79. sect. 12. & dist. 86. sect. 4. & tom. 4. dist. 48. sect. 6. Gabriel Valquez 3. par. dist. 231. c. 5. Petr. Ledesma in summa parte 1. de Sacr. ubi de Euchar. c. 17. concl. 23. Tolet. lib. 2. instit. Sacerd. c. 8. Cominch. de Sacr. q. 83. art. 1. dub. 10. §. Et probatur. Citari etiam potest pro hac parte Viguer. tamen nonnulli cum citent pro contraria. Nam in lib. institut. Sacer. c. 16. verò. 16. asserit oppositam opinionem probatam non esse, quia inquit, est diminutiva Divini cultus; nam quilibet petens implicitè, vult hoc sacrificium pluries fieri; & si sciret Sacerdotem ab alio acceptisse pecuniam & promississe pro illo celebrare, alium Sacerdotem adiret; & concludit eum qui hoc faceret non esse tutum in conscientia nec excusari à retributione. Ex Summis verò idem tenent Pisan. in verbo suffragium, §. 7. & 8. Roel. in verbo Missa, §. 22. & Tabien. in verbo Restitutio, §. final. ubi ait contrariam opinionem communiter reprobari à Theologis & Canonistis. Hæc sententia aperit est Divi Thomæ, prout eam illi expressè attribuit Abbas, Turrecem. & Covarr. locis citatis; & Silvester in verbo Missa 1. qu. 9. & inferius explicabitur n. 52.

47 Sicut autem hæc sententia receptissima est & autoritate Ecclesie approbata, ut inferius patebit n. 65. ita concessis nititur fundamentis quorum illud est precipuum quod valor sacrificii ex opere operato: quamvis si consideretur in acta primo, ut dicunt Scholastici, id est in seipso intensivè ita quantum ad sufficientiam & indeterminate sit infinitus, eod quod Christus Dominus qui est principalis offerens in hoc sacrificio immolatur, sit infinite virtutis, dignitatis & meriti; & ideoque in sui quantitate sufficiens sit ad satisfaciendum pro omni poena, nec unquam sit applicabilis ad tot tantisque effectus, quin semper ad plures & majores infinitum in omni genere impetrabiles applicari possit ad exemplum potentie Dei infinite que plura semper potest in infinitum, c. Nullus verò. Sed quoniam de panit. dist. 7. c. principium, §. Charitas de panit. dist. 2. Theol. in 2. sent. dist. 43. tamen si consideretur in actu secundo, scilicet extensivè & determinativè seu quantum ad efficientiam & respectu effectuum est finitus, seu ut alii applicant applicatæ finitè & limitatè ad finitos effectus, & hanc doctrinam ab omnibus receptam esse testatur Navar. in Manual. c. 25. n. 110. verò. Trigesimo quinto. Quod adde verum est, ut nec sacrificio Crucis crento concedatur efficacitas infinita; nam licet fuerit infiniti valoris quoad sufficientiam, finiti tamen fuit quoad efficientiam; quia non producit nisi effectus finitos, ut egregie explicat Divus Thomas in 3. par. q. 79. art. 7. ad secundum 2. & ex aliis observat Suar. tom. 3. in 2. par. dist. 79. sect. 11. & Gabriel Valquez in 3. par. dist. 230. c. 3. unde Cajet. tom. 2. opuscul. tract. 3. in præalleg. c. 2. verò. Veruntamen. Sicut, inquit, infinitus effectus Christi Crucifixi est secundum sufficientiam & secundum naturam causa univocis, indeterminate scilicet & non determinata ad hanc aut illam, ita hoc sacrificium est & sui ipsius natura infinita sufficienter & indeterminate efficaciter. Veruntamen sicut efficaciter Passio Christi quoad efficientem determinatur ad hanc per hoc vel illud Sacramentum, ita effectus huius sacrificii non quoad sufficientiam; sed quoad efficientiam per applicationem Sacerdotis determinatur ad hunc vel illum pro quo offertur. Hæc ille. Itaque effectus sacrificii ad quem obtinendum Missa petitur & promittitur, finitus est. Finitum autem in plures divitum, minus habetur à singulis, quam si totum haberetur ab uno, c. cum M. in princ. suprâ de Constitut. c. fin. verò. Quotique inter pauciores de concess. præb. lib. 6. & in hac specie notant hic Joannes Andreas n. 5. in glossa 3. verò. Dicat. Burr. n. 8. Anchar. n. 5. & reliqui Interpretes. Turrecem. in d. c. Non mediocriter n. 9. in fine de consecr. dist. 5. & Silvester in verbo Missa 1. n. 9. verò. Sed ista opinio. Quidquid igitur datur secundo, adimitur primo & neutri satisficit; & consequenter Sacerdos qui unicam Missam dicit pro pluribus à quibus plura stipendia accepit; peccat contra iustitiam nec liberationem consequitur, quia minus solvit, lege si stipulatus, §. qui decem. debet, ff. de solut. lege 2. §. 1. & lege in executione, §. pro parte, ff. de verb. oblig. nam 50 ut formaliter arguit Scotus quodlibet 20. in princ. Qui tenetur ad majus bonum non satisficit solvendo minus bonum.

51 Sed dicitur Missæ sunt majus bonum quam una. Una est Missa est majus bonum sibi, si dicitur pro, illo quam si dicitur sicut pro illo & alia. Ergo &c. Suffragia enim valent per modum solutionis debiti, c. Anima 13. q. 2. Sanctus Thomas in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. q. ad primum; & iustitia humana exemplatur à iustitia Divina, c. Tunc vera 12. q. 3. & in proposito idem docuit d. art. 4. q. 1. in solutione quæst. de Card. hic n. 7. Hanc autem doctrinam & distinctionem duplicis valoris in Missa esse ipsius Sancti Thomæ, exitimatum esse clarum quam quod clarissimum. Sed quia à nonnullis id controuertitur hæc re non erit illius verba hic fideliter referre. Nam ut inquit Silvester in verbo Missa 1. q.

9. (fundamenta ab ipso petenda sunt qui in hujusmodi secretis semper aut ratione aut revelatione fuit edocuis antequam scriberet, episcopi doctrina fuit solemniter approbata per Extravaganam Joannis XXII. & per Bullam Urbani V. directam Archiepiscopo & Cancellario & Magistro Urbani in Civitate Tolonana; cujus extrema verba sunt hæc: Volumus insuper; & tenore presentium vobis injungimus, ut Beati Thomæ doctrinam tanquam veridicam & Catholicam servetis; & que subdatis totis viribus applicetis.) Refert idem Silvester in verbo Lex n. 9. in 3. dicto principalis. Ipse igitur Angelicus Doctor, sicut ejus verba in alium sensum ab aliquibus detorqueantur in 3. par. q. 79. art. 5. sic ait: Quamvis ergo hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni poena, ecce valor infinitus quoad sufficientiam; tamen sit satisfactoria illis pro quibus offertur; vel etiam offerentibus secundum quantitatem suæ devotiois & non pro tota poena, ecce valor finitus & limitatus quoad efficientiam & determinatus effectus; forte tamen hic locus vitari posset propter ea que dixi suprâ n. 32. Led. idem aperit docuit in 4. dist. 45. q. 2. art. ult. q. ult. ad ult. arg. in hæc verba: Quamvis Christi virtus que continetur sub Sacramento Eucharistie sit infinita: ecce valor sacrificii infinitus secundum se & indeterminate; tamen determinatus est effectus ad quem illud Sacramentum ordinatur, unde non oportet quod per unum Altaris sacrificium tota poena eorum qui sunt in Purgatorio, expiatur: unde etiam quandoque plures Missæ in satisfactionem unius peccati injunguntur. Hæc hic: ecce infinita virtus sacrificii applicata finitè ac limitatè ad determinatos effectus. Rursus in eod. art. 4. q. 2. proponit in terminis questionem: utrum suffragia facta pro multis tantundem valeant singulis, ac si pro unoquoque singulariter fierent, & in verb. sed contra 53 sic ait: suffragium habet finitam efficaciam. Ergo distributum in multos minus prodest singulis quam prodest si fieret pro uno tantum. Et in corpore: si valor, inquit, suffragiorum consideretur in quantum sunt satisfactiones quodam per intentionem facientis translata in mortuos, tunc magis valet suffragium ei quod pro eo singulariter fit, quam pro eo quod communiter fit & multis aliis; sic enim effectus suffragii dividitur ex Divina Iustitia inter eos pro quibus suffragia fiunt. Hæc Sanctus Thomas.

54 Quod autem sacrificii valor ex opere operato sit finitus, & taxatus quantum ad efficientiam, deducitur etiam ex Scoto in præalleg. Quodlibet. 20. in §. De tertio, quia bonum quod debetur virtute sacrificii correspondet secundum plenam iustitiam alicui merito in Ecclesia; hoc autem meritum est finitum & certi gradus, ergo sibi secundum iustitiam plenam correspondet bonum certi gradus reddendum, ad hoc c. Tempus, & c. Non asserimus 13. qu. 2. & l. Et virtutum in princ. Cod. de stat. & imagin.

Sed & Dominus in cena novissima ordinavit ut tam Apostoli, quos tunc novi testamenti Sacerdotes instituit, quam alii Sacerdotes assidue offerrent corpus & sanguinem suum, cum ait, Hoc facite quotiescumque, &c. ut 1. ad Corinth. 11. Ergo noluit ut ex unico sacrificio, & semel ab Apostolis peccato infinito effectus produceretur, sed ut cujusque oblationis esset fructus taxatus, & certi gradus ad hoc ut augustissimum hoc sacrificium, sine quo Religio non potest consistere, frequentaretur in Ecclesia, tum ut memoria Dominice Passionis in finem usque sæculi permaneret, tum ut illius futuræ virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum applicaretur, prout hæc legitur in Decreto Concilii Tridentini sess. 22. de Sacrif. Missæ c. 1. & c. 2.

Hujus autem Divinæ ordinationis clarissimum argumentum est, quod Ecclesia, que est fidelissima Interpretis institutionis Christi, cum à Spiritu Sancto regatur, cap. Qui contempta, & cap. Frustra 8. dist. cap. Loquitur 24. quæst. 1. c. Quis nascitur 11. distinct. que vel à tramite Apolliticæ traditionis nunquam errasse probatur, cap. Archa, eadem caus. & qu. multas Missas ad eandem rem obtinendam offerre consuevit. Ergo Divinam institutionem ita est interpretata, ut valor Missæ quantum ad efficientiam, & prout determinatur ad hunc, vel illum non sit infinitus, alioquin supervacaneum fuisset ad unum specialem effectum unius rei impetrandæ plures Missas instituire, si unica sufficeret ad impetrandam omnia que petuntur. Dicitur enim frustra fieri, cum non perficitur id cuius gratia fit, ut habetur in 2. Philosopharum, c. 2. text. 62.

55 Quod etiam comprobatur ejusdem Concilii Decreto cap. 55. 4. sess. 24. ubi datur facultas Episcopis in Sinodo Diocesana & Generalibus Ordinibus in Capitulis generalibus reducendi onera Missarum celebrandarum. Et quotidie etiam Sede Apostolica consuevit ejusmodi onera Missarum cum certis conditionibus ad pauciores numerum reducere. Quod certe superfluum fuisset, si unius Missæ celebratione posset oneribus omnibus satisfieri. Constatro autem Ecclesiam prævalere auctoritati cujuscumque Doctoris, & Thomæ n.

aliquid amplius tribuatur ei, pro quo fit specialis oblatio. Et quidem glossa. 1. in c. Tempus 13. q. 1. Tantum, inquit, profertur oratione quilibet si fiat generaliter pro omnibus, sicut si fuerit specialiter pro quolibet. Item glossa antepenultima in c. Visum de consecrat. dist. 1. dicit, commemoracionem fidelium defunctorum in Missa fieri pro omnibus simul & prodesse quilibet, ac si specialiter pro eo fieret. Et similiter glossa nostra hic in verb. Frequenter. Assert tantum valere orationem specialem, quantum generalem; quia Spiritus S. ad mensuram non datur, cap. Quarta de consecrat. dist. 4. Licet postea subdat; Sed premissio est, quod plus profertur specialis oratio, quam generalis, & quidem honor amplius videtur deferri illi, pro quibus specialiter fit oratio, atque ita glossa magis declinat in partem, ut aequè profertur oratio specialis, ac generalis, secundum Abb. hic num. 4. Sed & Innocent. in verb. Frequenter, docet primò sacrificium in aliqua Ecclesia celebratum non magis prodesse ibi sepultis, quam aliis, & mox subiungit, forè majorem honorem consequi animam, sicut de castro pomorum oblatio Abbati: nam majorem honorem consequitur Abbas, sed pariter omnes Monachi gaudent. (quod ante eum dixerat Rod. Modicius Doctor antiquus, ut hic refert Joan. Andr. in glossa 3. num. 5.) & major est honor esse Canonici Cathedralis, quam alterius Ecclesie, licet omnes aequaliter abundant, quibus verbis Innocent. aperte sentit aequaliter prodesse sacrificium, si pro uno fit oblatio, ac si pro pluribus, non tamen explicans glossa, & Innoc. in quo ejusmodi honor consistat, sed illum mentem aperit Abbas Antiquus hic circa finem, dicens: Si plures domi essent sine lumine & alter eorum faceret lumen offerri; tantum haberent omnes quantum ille; sed tamen major honor ei datur, ita in Purgatorio omnes aequaliter communicant in bono quod fit pro aliquo, tamen supplicat ei pro quo fit specialiter, quia ab ipso recipiunt illud bonum. Hec ille. Cavendum quoque fit, quoniam existentes in Purgatorio non orant pro aliis, ut docet Sanctus Thomas in 4. sent. dist. 15. q. 5. art. 4. q. 2. ad 2. & ad 3. similiter Holt. n. 1. Sacramentum, inquit, omnibus fidelibus defunctis communiter prodest & commendabilior est generalis oratio quam specialis, tamen specialis fit causa exempli & ne haerides vel amici videantur mortuorum oblitisci & prodest illis pro quibus fit. Nec dissentit Hugo relictus ab Archid. in c. Non mediocriter post med. in glossa sed nonnulli de consecrat. dist. 5. qui tamen dicitur Plalmos & Missas ab aliis orationibus & operibus suis; & quidem Plalmos & Missas quae generaliter dicuntur pro omnibus, licet specialiter pro aliquibus videantur dici putari non minus eis valere quam si specialiter pro quolibet ipsorum dicerentur, secus in jejuniis & elemosinis & precibus live orationibus quae alios non tangunt. Talia enim non profunt mortuis aliis, sed illis tantum pro quibus fiunt specialiter. Demum Ludovicus Romanus cons. 339. quod incipit Fictus Monachus, asserit esse quidem magis pium, ut Sacerdos dicat Missam specialem pro defuncto, hoc tamen non esse necessarium, quia sufficit ut fiat pro eo commemoratio etiam in genere; nec minus indulgentiae a Deo accipitur quam si pro anima ipsius defuncti Missa specialiter diceretur.

Ex Theologia verb pro hac sententia, citatur primò Cardinalis Cajetanus in 4. parte q. 79. art. 5. ut enim. Una Missa non perdit vim satisfactionis suae pro primo offerente ex hoc quod pro secundo, tertio, quarto &c. offeratur. Unde arguendi instrumentum simul sunt homines ignorantes petentes vel pro sua elemosina totam sibi Missam dari aut suo defuncto; nihil enim minus ipsa habebit, si mille alii petant eandem Missam pro seipsis & aliis defunctis, quam si pro seipsis celebrari dicatur. Imò ex hujusmodi indolentia sic petentis damnatum videtur incurere quod minus sibi proderit. Hae Cajetanus, qui ferè idem docuit in opuscul. licet diversimodè illi sententiam suam qualificaverit, ut patebit infra n. 25. Eidem sententiae adherentur Corduba lib. 1. q. 3. in 5. opinione, Viguier. lib. Institut. Sacerdot. c. 16. qui tamen dicitur etiam pro contraria, ut dicitur infra n. 45. Petr. de Soto lib. 7. & alii; eamque fasè prosequitur & probat Gabriel Valsq. in 3. par. disp. 231. praesertim a c. 3. & ex Summis Ang. in verbo Missa, §. 52. qui tam in loquitur ex suo Credo quod non cantatur in Missa, ut felive inquit Tabiena in verbo Restitutio §. 6n.

Pro hac sententia adducitur textus in cap. Non mediocriter, de consecrat. dist. 5. ubi Hieronimus videtur hanc resolutionem diversis verbis decidere; ait namque: Dum igitur pro cunctis omnibus, (aliis pro centum) Plalmos, vel Missa dicitur, nihil minus, quam si pro unoquoque libet ipsorum diceretur, accipitur.

Præcipuum verò fundamentum, cui hac sententia inniditur, est quia sacrificium Altaris est infinitum, & infinite sufficienter, Christus enim qui offertur in Cruce ad satisfaciendum pro peccatis infinitis, utingitur Sicut. quod. l. 20.

in princ. & est ex merito S. Thom. in 3. p. q. 79. art. 5. Dum aut, hanc oblationem ex sui quantitate sufficientem esse ad satisfaciendum pro omni anima, quia, ut sic est valoris infiniti; ut subdit ibi Card. Cajet. in princ. Ex enim ut verba ipsius Cajetani utar tom. 2. opus tract. 3. tom. 2. vers. Sacrificium igitur, Missa sacrificium prae operum oblatio est immolatio Jesu Christi, & res oblata est Jesus Christus; & quantitas hujus sacrificii est infinita, adeo ut sit impetrativum, meritorium, & satisfactorium infinite; unde effectus ejus est infinitus, sicut Passio Christi, est enim Deo acceptus, quam sint exopi omnes peccatores. Hec ille. Ex infinito autem secundum quantitatem accipientibus semper aliqui accipere extra est, ut dicitur in 3. Phisic. cap. 6. text. 62. Infinitum enim infinita vit, neque infinitorum quidquam virtutem habet finitam, ut in 1. de Culo, cap. 7. text. 71. & notat Jo. Monach. in prologo Sexti circa finem in verb. Infinitus num. 6. sicut numeratio in quantitatibus discretis, & divisio in continuis in infinitum procedunt, ut ibi per eum, quem totidem verbis sequuntur ibi Joan. Andr. & Gemin. Ergo nihil minus accipitur singuli ex eo quod sacrificium pro pluribus vel omnibus offeratur. Vel certe si valor sacrificii efficaciam habeat finitam, tamen tantus est, ut nunquam exhauriatur ab illis pluribus, in quos dividitur, & consequenter Sacerdos unica Missa satisfacit omnibus, à quibus plura stipendia accepit pro pluribus Missis celebrandis; Integre enim solvit quod debet, ac proinde extinguitur ejus obligatio, ut l. Nulla, C. de solat. l. Solvendo ff. de negot. gest. & insti. quib. mod. tollit. obligat. in princ. Deinde idem saderetur exemplo lectionis, quae uni legitur, & nihil enim ei deperit si simul & alius legatur, cap. Clerus §. Lectores 21. dist. Ergo eadem ratione nihil deperit ei, pro quo fit sacrificium, si & alii adjuvantur, quo exemplo utitur Præpositivus relatus à D. Thom. ut dicam infra n. 36. Hac etiam spectat exemplum candelæ, quo utuntur Canonice, nam lumen spirituale est magis communicabile, quam lumen corporale, cap. 2. de translat. Episcop. cap. Illud, & c. Solita, & de major. & obediend. Sed lumen corporale, scilicet candelæ non minus prodest uni, pro quo specialiter accenditur, quam si pro pluribus simul commemorantibus accendatur. Ergo & suffragium Missæ, cum sit quoddam spirituale lumen, non minus valet ei, pro quo fit specialiter, quam valet si simul etiam pro omnibus necet. Ad hoc text. optimus in cap. Nec quæsumus, vers. Spiritus vero Sanctus, de consecrat. dist. 4. ubi Ciprianus: Si dies, inquit, omnibus aequaliter nascitur, & si sol super omnes pari, & æquali luce diffusus, quanto magis Christus sol, & dies vultus in Ecclesia sua lumen vite æterna pari aequalitate largitur. Ad hac suffragia, inter que præcipuum est Eucharistia, innuntur Divinæ virtuti, cap. Tempus 13. q. 2. cap. Utrum de consecrat. dist. 1. Sed apud Deum sicut non differt jurare per multos, vel paucos, ut non differt vivere multos, vel paucos, c. Quartus de consecrat. dist. 4. Ergo quantum jurare vultur ex uno sacrificio si pro uno tantum fieret, tantum jure poterit singuli malorum si idem sacrificium pro multis fiat. Præterea hoc sententia suffragatur communis Ecclesie usus, etenim cum Missa pro aliquo defuncto celebratur, nihilominus non solum alii quoque orationes adjuvni solent pro aliis defunctis, cap. De nominibus, de consecrat. dist. 1. & patet ex orationibus in Missa Romano assignatis pro diversis personis, statibus & Congregationibus; verum etiam, ut ponderat Cajetanus ubi supra in Canone Missæ generaliter pro Ecclesia, pro Principibus, & omnibus Orthodoxis & specialiter pro his, qui in Memento coguntur, & omnibus circa militantibus offerri dicitur hoc sacrificium pro redemptione animarum suarum, & sic in satisfactionem. Hoc autem non instituitur Ecclesia pia omnium mater si defunctus, cui sacrificium applicatur, exinde aliquid detrimentum acciperet. Ad hoc cap. Visum §. Defunctorum de consecrat. dist. 1. & Et confirmatur, quia cum numerus circumstantiarum non sit taxatus, si unus ex alterius confortio minus acciperet de effectu hujus sacrificii, unaquisque curare deberet, ut circumstantie essent paciores & aliorum confortio vitaret, quo de fructu sacrificii uberius participaret, argum. cap. Cum omnes, & c. Cum M. supra de constitut. & c. fin. de concess. Præben. lib. 6. Unde contingeret ut fideles in Oratoris, & Capellis libentius Missam audirent, majoreque, & frequentiores Ecclesias, ac Missarum solemniter vitarent, & mille alia absurditates sequerentur contra Religionem, & charitatem, pumque Ecclesie institutum, & contra ea, que leguntur & notantur, in hac Decretali & in capite Ubicumque 13. quest. 2. & in cap. Cum creatura de celebrat. Missar. Potest etiam adduci pro hac opinione consideratio vulgaris, nam si in una die concurrant duæ vel tres caussæ jejundandi, veluti si occurrat eadem die jejuniæ quadragesimale, quatuor Tempora & Vigilia S. Matthei, unico jejuniæ potest omnibus satisfieri ad hoc cap. 2. de observat. Idemque constat ex adiecto ad officium recitandum ratione sacri Ordinis & beneficii: unica enim recitatione utrumque onus adimplet, cap. fin. 92. dist. 1. Ergo eadem ratione idem dicendum in eo, qui

qui ex pluribus causis videlicet stipendio à pluribus accepto obligatur ad Missam celebrandam. Demum negari non potest quin hæc opinio sit probabilis, cum habeat pro se autores graves & rationes suabiles. Ergo Sacerdos, qui illam feruat non peccat, arg. Clem. in fin. de summa Trinit. & fide Catholice.

Secunda opinio media & distinguenda est Cajetani tom. 2. opus. tract. 3. cap. 2. ubi format questionem initio propositam, videlicet utrum obligatus ad celebrandum pro aliquo & accipiens elemosinam ab altero, ut celebret pro eo satisfaciat dicendo unam tantum Missam pro utroque. Et concludit satisfacere, non quidem simpliciter & absolute ut habet prima sententia, sed duobus concurrentibus. Alterum est, ut in illis singulis, qui elemosinam dederunt æquales reperatur preparatio seu devotio. Alterum ut in Sacerdote offerente creiet devotio ea proportione, qua augetur numerus illorum, pro quibus offertur, ita ut si Sacerdos exempli gratia habeat unum gradum devotionis, unica Missa satisfaciat pro uno, si habeat duos gradus satisfaciat pro duobus, si tres, pro tribus, & sic de reliquis. Unde, inquit, si ego offerens habeam devotionem tantam, ut ei respondeat in hoc sacrificio satisfactio unius anni & intendam celebrare pro satisfactione unius anni & ille relevatur satisfactione unius anni. Si autem intendo satisfacere pro duobus a qualiter quilibet relevatur pro medio anno tantum, ut si pro tribus, pro tertio parte anni, & sic de singulis. Atque ita in sententia Cajetani licet Sacerdos idem sacrificium uni debitum pluribus applicare, domodò tot multiplicet animi preparaciones & gradus devotionis, quot sunt ii, pro quibus celebrat, aliis fecit.

Potissimum Cajetani fundamentum est, quia quavis hoc sacrificium sit ex sui ipsius natura infinite utilitatis & inde terminari efficacie, tamen licet effectus Passio Christi determinatur ad hunc per hoc, vel illud Sacramentum, ita efficaciam hujus sacrificii per hanc, vel illam devotionem. Devotio autem pertinet ad applicationem, unde, ut ipse ait, errant qui putant hoc sacrificium ex solo opere operato habere certum meritum, vel certam satisfactionem, quæ applicatur huic vel illi. Quoniam applicatio sacrificii perficitur ex duobus videlicet ex intentione & devotione; & reddit rationem, quia in sacrificio & oblationibus quantitas devotionis magis penatur, quam quantitas rei oblate, ut patet de verbe oblatione Luc. 21. & est autoritate Greg. in homil. Ambrosius deus iuxta mare Galilee, sed ex quarto profertur. Ipsiùm non oblitiscere seculis Silvest. in verb. Missa 1. q. 10. ubi quærens utrum Sacerdos promittens singulorum tribus unam Missam, liberetur dicendo unam pro omnibus, concludit non liberari; sed tamen addit eum excusari posse pluribus modis, & in spec. & propter suppletionem Dei, quod scilicet Sacerdos tantum affectum habet ad quemlibet, quantum habere debet ad unum solum si pro illo solo celebraret.

Sed hæc doctrina non est tenenda, quia nititur tribus assertionibus evidenter falsis. Primo enim asserit applicationem sacrificii perfici & integrari ex duobus, videlicet ex intentione & devotione. Quod si verum eilet, sacrificium prædictum à Sacerdote nullum gradum devotionis habente, nihil proderet ei, pro quo fit, hoc autem constat esse erroneum, quia sacrificium Altaris efficaciam habet ex opere operato, id est ex consecratione Corporis, & Sanguinis Christi, in quo consistit essentialis oblatio, c. Utrum de consecrat. dist. 2. nec pollicetur, aut inquiratur ex ministro nequitia, cap. ult. 15. qu. 8. cap. Præter, Verum 3. dist. & patet ex Trident. Sess. 22. de Sacrif. Miss. cap. 2. ubi dicitur: Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, vel malitia offerentium inquinari potest. Et hoc tanquam certissimum fidei dogma admittunt Theologi omnes, lege D. Thomam in 3. par. qu. 82. art. 6. Dominicus à Soto lib. 9. de just. & iur. qu. 2. art. 2. Navar. in Manus. c. 25. n. 10. vers. Trigesimoquinto, in cap. Alma Mater par. 1. §. 5. n. 5. Petr. à Soto de sacrif. Sacerd. lib. 1. cap. 4. Suar. tom. in 2. par. disp. 79. sect. 11. Gabriel Vasquez in 3. par. disp. 229. cap. 2. Cardin. Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 4. & Cardin. Tolet. lib. 2. c. 6. Satis est igitur ut Sacerdos sua intentione sacrificium applicet, nec illius effectus quocumodò impeditur ex indolentia offerentis. Quia imò, ut inquit Silvest. in verb. Missa 1. n. 9. (Si Sacerdos sit malus, vel nullum habeat affectum ad eum, pro quo celebrat, puta quia eum odit, aut ignorat quis sit & nihilominus vult pro eo celebrare ut evitet scandalum, ut peccatum, tamen sacrificium illi prodest secundum omnes DD.) Hæc ille. Secundo asserit hæc doctrina effectum Missæ ex opere operato augeri, vel minus juxta gradus devotionis celebrantis, quod similiter constat esse falsum. Quoniam ejusmodi operi ex institutione Christi tantus certus valor annexus est, ut neque ex bonitate, vel devotione ministri creiet, quæ ex illius malitia, vel inde otonne minuat, ut, sed æqua.

Fagnan. in III Lib. Decretal.

liter profertur omnibus, sive fiat per bonos, sive per malos ministros, ut docet S. Thom. communitur receptus in 4. dist. 45. q. 2. art. 1. qu. 3. & in 3. par. qu. 82. art. 6. Unde egregie Scot. quodlib. 20. §. de secundo Sacerdos, inquit, quantum ad virtutem sacrificii est meri instrumentum, quia organum immanatum, licet enim sit organum vivum, quantum ad meritum personale in celebrando, quæ sit mereri est cui in quantum in se vivit vita gratæ; tamen quantum ad illud bonum, quod debetur virtuti sacrificii est organum prædicti ratione orantis, & aequè provent effectus iste virtuti sacrificii etiam si minister in se non vivat vita gratæ, Hactenus verba Scoti. Ex probatur expresse in cap. Intra Catholicam 1. qu. 1. quod duplicatur in cap. Utrum de consecrat. dist. 2. ubi Augustinus ait, Intra Catholicam Ecclesiam in misero Corporis, & Sanguinis Christi nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote. Tertio asserit, offerentem posse multiplicare tot gradus devotionis, ut unica Missa æqualeat pluribus Missis. Quod similiter stare non potest, etiam si dæmus fructum sacrificii ex opere operato aliquo modo augeri posse ex devotione ministri, quia augmentum illud in una Missa nunquam potest esse tantum, ut adæquet fructum proveniente ex pluribus Missis. Semper enim Deus magis respicit ad iteratam oblationem hominis immaculate unigeniti Filii sui, magisque illa dæclatur, quam devotioe Sacerdotis quantumvis magna & iustenda.

Nam, ut inquit Alex. I. Papa & Mirer. Idemque habetur in Decretali ad omnes Orthodoxos. Crimini, atque peccata his oblatio Domino Sacerdotibus debetur; talibus enim Missis delectabitur & placabitur Deus, peccataque dimittit ingentia. Hæc ibi, Idemque habetur in Concil. Tridentino sess. 22. de Sacrif. Missæ, cap. 2. In pluribus autem Missis multiplicatur sacrificii oblatio, & idem multiplicatur effectus hujus sacrificii, & Sacram. ut, inquit S. Thom. in 3. p. qu. 79. art. 7. ad tertiam.

Nec prædictis resistitur autoritas ejusdem S. Thom. in 3. par. disp. 79. art. 5. ubi ait. In satisfactionem magis attenditur affectus offerentis, quam quantitas oblationis. Unde vultus plus omnibus oblatio, Luc. 21. quare hæc oblatio fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus secundum quantitatem suæ devotionis. Quod si consideretur hoc verum esse si consideretur devotio, prout est meritum personale ipsius celebrantis, vel eorum pro quibus celebratur, & hoc modo oblatio prodest offerenti secundum quantitatem devotionis, quam ipse habet. Unde prodest ei, pro quo offertur secundum quantitatem devotionis suæ, ratio est, quia fors glorie reddit mensuram accipientis, unaquisque autem ex actu disponitur, non ex alieno, cap. Nunquam, cum mul. seqq. 56. dist. & in summa 24. qu. 3. S. Thomas in 4. dist. 45. qu. 1. art. 1. q. 1. Item ad hoc ut Missa profertur virtuti sacrificii & operi operati, requiritur ut ex parte ejus cui applicatur, non ponatur obex Divinis beneficiis, cap. Non estimamus 13. qu. 2. Hoc enim sacrificium cum sit memoriale Dominice Passionis, effectum non habet nisi in illis, qui conjunguntur huic Sacramento per fidem & charitatem, ut inquit S. Thom. in 3. par. qu. 79. art. 7. ad secundam. Itaque ad exemplum Sacramentorum, ut in Concilio Trident. sess. 7. de Sacram. can. 6. Unde sicut potest quilibet impedire ex toto effectum sacrificii, ponendo se extra charitatem per culpam mortalem, ita potest ejusdem effectum augere, vel minuire multiplicando, vel minuendo gradus devotionis & charitatis; & ita intelligitur quod ait S. Thomas, sacrificium prodest offerentibus & eis pro quibus offertur, secundum quantitatem devotionis suæ. At secus est si consideretur devotio unius in ordine ad alium, pro quo sacrificium offertur; quia tunc oblatio efficaciam habet ex opere operato pro sola intentionem offerentis, etiam sine ulla ipsius devotione, ut oblatum est supra num. 28. Unde sacrificium tuum prodest tibi, O Sacerdos, secundum quantitatem devotionis tuæ, & prodest mihi sacrificium tuum secundum quantitatem devotionis meæ; sed non prodest mihi tuum sacrificium secundum quantitatem tuæ devotionis ex opere operato. Licet Missa tua profertur mihi secundum quantitatem tuæ devotionis ex opere operantis; quia secundum hoc fructuosior est Missa mellioris Sacerdotis, effectus enim Missæ ex opere operantis augetur, & minuitur juxta quantitatem meriti & dignitatis ministri; & ita intelligitur textus in cap. Ipsi Sacerdotes, 1. quest. 1. in illis verbis qui quærit digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiantur, prout autoritatem illa dæclarat S. Thom. in 3. par. qu. 82. art. 6. Colligitur superdicta distinctio ex verbis claris ipsius D. Thom. in 4. eadem dist. 45. quest. 2. art. 1. quest. 3. in corpore.

Tertis opinio, quæ præcedenti aliquantulum accedit est nonnullorum antiquorum, qui dixerunt suffragia pro uno aliquo facta non magis prodesse ei, pro quo fiunt, sed eis, qui sunt magis digni & in hac sententia, ut refert S. Thomas in 4. dist. 45. qu. 2. art. 4. qu. 1. in corp. ubi Præpositus, qui ponebat exemplum de candelæ, quæ accenditur pro ali-

A 4

- 274 Insuper nullam virtutem habet finitam.
- 21 Lumen spirituale est magis communicabile, quam lumen corporale, & num. 76.
- 22 Missa aquae prodest his qui cogitant in Memento, si circumstantes sint plures, ac si pauciores & num. 77. & 78.
- 24 Jejunandi causa plures si concurrant eadem die, unico jejunio potest omnibus satisfieri, & n. 79.
- 25 Missa uni debita potest pluribus applicari si Sacerdos multiplicet tot gradus devotionis, quot sunt in pro quibus celebrat & Cajetani sententia.
- Contrarium, n. 28. & seqq. usque ad n. 36.
- 26 Missa applicata perficitur ex intentione & devotione sacrificantis.
- Contrarium num. 28. & seq.
- 27 In sacrificio non perpendit Deus quantum, sed ex quanto offeratur.
- Declaratur, n. 33. & 35.
- 28 Missa sacrificium efficaciam habet ex opere operato, nec ulla offerentis malitia inquinari potest.
- 29 Missa sacrificium ex opere operato tantumdem valet ei, cui applicatur si fiat a bono ac si a malo Sacerdote.
- 30 Missa sacrificio placatus Deus peccata dimitit ingentia.
- 31 Sacrificii & Sacramenti effectus in pluribus Missis multiplicatur.
- 32 Missa sacrificium fit satisfactorium offerentibus, & iis pro quibus offertur secundum quantitatem suam devotionis.
- Declaratur & n. seq.
- 33 Missa sacrificium effectum non habet nisi in illis qui conjugantur huic Sacramento per fidem & charitatem.
- 34 Missa melioris Sacerdotis ex opere operantis est magis fructuosa & num. 68.
- Intellectus, cap. Ipsi Sacerdotes 1. quæstion. 1. ibidem.
- 36 Missa an magis prodest iis qui sunt magis digni quam ei cui applicatur & num. seqq.
- 37 Orationes aliquas cur Ecclesia pro aliquibus instituerit, & num. 56.
- 38 Suffragia si considerentur ex virtute charitatis, magis prodest iis qui majoris sunt charitatis, quam illis pro quibus fiunt & n. 71.
- 39 Missa an tantumdem valet singulis atque omnibus siue Sacerdos moveatur ab una ad celebrandum, siue a multis.
- 40 Missa pro pluribus dicta licet non tantumdem valet singulis, quantum si pro quolibet diceretur quoad satisfactionem, tamen secus est quoad impetrationem.
- 41 Contrarium & num. seq.
- 42 Missa extensivè habet efficaciam finitam, tam respectu impetrationis, quam satisfactionis.
- 43 Missa sacrificium tam respectu remissionis peccatorum quam aliorum effectuum non operatur per modum effectivis, ut Sacramenta, sed per modum impetrationis.
- 44 Canonice & Theologi referuntur pro ultima opinionis negatæ.
- 45 Basilienis Concilii discretio de valore Missæ & deputatio Episcopi Brixienis ad allegandum.
- 46 S. Thome sententia circa valorem Missæ expenditur & n. 52. & seqq.
- 47 Missam specialem magis prodest, quam generalem; quibus rationibus ostendatur & n. seq. usque ad n. 77.
- Missæ valor licet intensivè & quantum ad sufficientiam sit infinitus, tamen extensivè, & quantum ad efficientiam finitus est, ibidem & n. seq. usque ad num. 67. & num. 74.
- 48 Sacrificium Crucis eruentum quomodo infinita sit virtutis tamen non producit nisi effectus finitos.
- 49 Finitum in plures divisum minus habetur à singulis & n. seq. 53. & 91.
- 50 Suffragia valent per modum solutionis debiti.
- 51 Iustitia humana exemplatur à iustitia Divina.
- 52 S. Thome doctrina ab Ecclesia est approbata tanquam veridica & Catholica.
- 54 Ecclesia est fidelissima interpres institutionis Christi. Missæ plures ad unam & eandem rem obtinendam rationabiliter ab Ecclesia sunt institutæ, ibidem.
- 55 Frustra fieri dicitur cum non perficitur id cuius gratia fit.
- 56 Missæ peculiares ab Ecclesia utiliter institutæ.
- 57 Specialis declaratio validius operatur, quam quod in genere prædicatur.
- 58 À Purgatorii pontis per plura suffragia quis citius liberatur.
- 59 In Missæ sacrificio triplex reperitur offerens, videlicet Christus, Ecclesia & missæ.
- 60 Missæ privata censentur communes, quia celebrantur à publico Ecclesiæ Ministro.
- 61 Ministerii opus est magis principalis agentis.
- 62 Sacerdos in consecratione, que est essentialis oblatio, non Ecclesiæ, sed Christi personam agit.
- 63 Missa meritum ex Scoto in tres partes dividitur, &

- tertiam tantum potest dispensare Sacerdos & num. 94.
- 64 Missa una liberari omnes animas à Purgatorio est hereticum.
- 65 Sacerdos qui tot Missas non celebrat, quot stipendia accepit, tenetur ad restitutionem ex decretis Sacra Congregationis Concilii de celebratione Missarum.
- 66 Privilegia quibus indulgetur, ut unius Missæ vel Anniversarii celebratione satisfiat pluribus Missarum in futurum suscipiendis, sunt abrogata.
- 67 Intellectus, cap. Non mediocriter, de consecrat. dist. 5. & n. seq. usque ad n. 74.
- Missæ pro pluribus celebrata æqualiter prodest singulis, nisi intuitu unius celebratur, ibid.
- 68 Missa ex virtute meriti & operis operantis tantum est fructuosior, quantum pro pluribus celebratur, & num. 71.
- 69 Missa non minus prodest ipsi celebranti, si dicatur pro pluribus, quam si pro uno.
- 70 Psalmorum aliquot decantatio cum alacritate magis prodest quam totius psalterii modulatio cum anxietate cordis.
- 71 Charitas non minuitur si effectus eius dividatur in multos imò magis augetur.
- 72 In Purgatorio de uno bono facto non minus latetur meritum, quam unius.
- 73 Suffragia prout sunt satisfactiones quedam per intentionem facientis translata in mortuos magis valent ei pro quo singulariter fiunt, quam quæ pro eo committere fiunt.
- 74 Sacrificii virtus non adequatur valore eius qui continetur in sacrificio, sed correspondet alicui merito in Ecclesia.
- 75 Suffragia ut sunt satisfactiones non profunt per modum actionis.
- 76 Suffragia quomodo dicantur prodest per modum luminis.
- 77 Missæ valor triplex & ex applicatione unius non fit diminutio alterius & num. 94.
- 78 Missa fructus ex opere operato taxatur esse unicuique ex circumstantibus pro modo fidei & devotionis cuiusque.
- 79 Obligatus ex pluribus causis ad idem, numero semel solvenda liberatur, sicut si ad idem in specie.
- 80 Sacerdos an pro unica Missa possit plura stipendia incongrue accipere & n. seq. usque ad n. 74.
- 81 Sacerdos qui alicui promittit gratis & liberaliter Missam dicere, tenetur stare promissis quantumcumque nudam sit factum.
- 82 Missa tot celebranda quot ad rationem attributa elemosina ab offerente præscripta fuerint, aliquam quot præscripta fuerint ab Ordinario.
- 83 Missa Sacrificium non est institutum ad Sacerdotum inopiam jublevandam.
- 84 Coniuncturæ Regionis, an excusetur Sacerdos obligatus ad applicationem Sacrificii, qui ab aliis quoque elemosinam recipit pro Missis peculiaribus; & unam Missam celebrat pro omnibus & n. seq. usque ad n. 89.
- 85 Voluntas eorum qui dant elemosinam pro missis, recipit interpretationem à consuetudine & n. 88. Declaratur procedere, si consuetudo sit rationabilis.
- 87 Consuetudo Ecclesiæ, ut eadem die non dicatur nisi una Missa pro mortuis; & unica Missa satisfaciatur pluribus Anniversariis eadem die concurrentibus, an sit observanda necne.
- 88 Sacerdos obligatus ad plures Missas, excusetur celebrando unam pro omnibus, propter impossibilitatem celebrandi pro qualibet specialiter aut propter consensum expressum vel tacitum eorum qui elemosinam conferunt.
- 89 Beneficiati vel Capellani, quibus dicitur tenentur Missam celebrare ratione beneficii vel salarii; an possint ab aliis elemosinam accipere & unam Missam omnibus satisfacere & n. seq.
- 90 Sacerdos qui tenetur ad solam Missam celebrationem cum commemoratione vel collecta, potest Sacrificium quibus voluerit applicare.
- 91 Expectativa super beneficio spectante ad collationem unius non potest impleri in beneficio cuius collatio ad eam simul cum alio pertinet.
- 92 Parochus an possit elemosinam accipere pro Missa celebranda in eis diebus in quibus tenetur ex præcepto celebrare pro suis Parochianis & n. seq. usque in finem.
- 93 Parochi, an præcepto Divino teneantur diebus Festis Missæ Sacrificium suis Parochianis applicare.
- Tridentini Concilii Decretum, c. 1. sess. 23. expenditur ibidem & n. seq.
- 94 Missa Sacrificio inest triplex fructus.
- 95 Parochi ex Concilio Provinciali Mediolanensi prohibentur aliud Missarum unius suscipere in illis diebus in quibus tenentur pro populo Missas celebrare.
- 96 Sacerdos non licet accipere unam elemosinam pro Missa celebranda; & aliam pro applicatione fructus specialis ipsius celebrantis.
- 97 Sacerdos accipiens unam stipendium pro fructu satisfi-

factorio; & aliud pro imperatorio, non satisficit unicus Missa.

- F**raternalitatem. Propter varietatem opinionum tripliciter legitur. Quidam enim, ut Tancredus, Hugo & Alanus quibus hic adhaerit Bernardus in glossa in verbo ad nova, opinati sunt sepulturam esse necessarium eligendam in loco magis religioso, argum. c. Relatum supra eod. & c. ubicumque 13. q. 2. & est simile de transeunte ab una ad aliam Religionem, qui ad majorem seu strictiorem transire debet, c. Sanè & c. Licet infra de Regular. Et hanc opinionem dicunt esse de jure veriorum Host. hic in fine & Card. n. 4. pro qua est textus apertus hic non cavillando aut suppendendo litteram; & secundum hanc lectionem hoc dicit. Si quis relicto sepulchro majorum suorum sibi eligat sepulturam in loco minus religioso, non valet electio. Quidam vero ut Laurentius, Vincentius & Joannes censuerunt liberum esse unicuique eligere sibi sepulturam etiam in loco minus religioso, arg. c. In missa, infra eodem; & ad hunc textum & alia jura que contrarium videntur innuere, respondent esse intelligenda; cum quis intellectus aut ex temeritate vel ex contemptu ad locum minus religiosum transiit, vel Canonice portione Parochialis Ecclesiæ non reliquit; & in hac opinione videtur fuisse Gratianus in §. si aliud 13. q. 2. quoniam etiam approbat consuetudinem, ut testatur hic Host. in fine; & secundum hanc lectionem hoc intendit. Uti quis sepulchro majorum relicto eligat sepulchrum in loco minus religioso, indultus dolo seu ex contemptu, seu non dimissa Ecclesiæ sue Canonice portione expressè vel tacite nulla est electio. Hæc secunda opinio est hodie canonizata in c. 2. §. fin. infra eodem lib. 6. ubi expressum est in loco etiam minus religioso, posse eligi sepulturam antiqua dimissa; & sic corrigitur hoc caput juxta primum intellectum. Alii denique ut Abbas Scualus n. 4. in glossa in verbo ad nova, putant hunc textum salvari posse ut non sit correctus; si dicamus in loco minus religioso, id est in Ecclesia non habente Cæmeterium, non licere sibi eligere sepulturam, quia est contra institutionem Sanctorum Patrum; cum corpora fidelium debeant requiescere in Cæmeteriis Ecclesiarum, c. Aaram 12. q. 2. & c. 1. 13. q. 1. & juxta hanc lectionem sic potest sumari. Non potest quis relicto majorum sepulchro eligere sibi sepulturam in Ecclesia quæ de jure vel ex privilegio Cæmeterium non habet. Videtur in tres partes. Prima ponit jus. Secunda narrat factum. Tertia concludit. Secunda hic unde fit. Tertia hic Quocirca.
- Nota primò hic ex antiquo esse disposita, nullam Ecclesiam habere Cæmeterium, nisi ex privilegio; & in hac regulam negativam constituit hic Innocentius numero primo.
- Fallit primò in Ecclesiis habentibus populum, que procul dubio de jure communi habent jus sepeliendi, quoniam jus venerandi est de jure Parochialis, quemadmodum & Sacramentorum administratio, ut probatur in Clem. Dudum, §. Verum eod. tit. & in cap. 1. 13. qu. 1. & tenet Host. in c. 1. supra eod. Archid. & Joan. Andr. in c. 1. eod. tit. lib. 6. & Abb. in c. Certificari n. 7. infra eod. quod intelligitur secundum Joan. Andr. & Abb. dummodo hujusmodi Ecclesiæ ab Episcopo deputatum fuerit Cæmeterium de cuius latitudine dic, ut habetur in cap. Sicut antiquitas 17. quæst. 4.
- Fallit secundò in Ecclesiis omnibus, ubi sunt religiosæ personæ in Conventu, in quibus Missæ & Divina Officia celebrantur ut clarè probat hæc littera ubi, mortuorum sepultura & cæmeterio apud illas Ecclesias & Monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus Religiosorum Fratrum Conventus, &c. ponderando illa verba ex antiquo esse disposita, que magis videntur referenda ad jus commune & ad dispositionem que fit per viam legis, quam per viam privilegii ut in Auth. de appellat. circa princ. junctâ gloss. in verb. Antiquitatis; & ita ex hoc textu colligit Butr. in 1. notat. qui tamen remittit ad nostra in Rubr. infra de Paroch. Verum Abb. hic in 1. notat. affirmat se nunquam legisse alicuius Constitutionem in qua caveatur ut Monasteria de iure habeant cæmeteria, nisi pro suis, ut in c. 1. 16. quæst. 1.
- Ex de jure communi cæmeterium habent illæ duntaxat Ecclesiæ que habent populum ut tenet gloss. in d. Clem. Ludovicus §. Hujusmodi in verb. Sepulturam, Innocent. Hostien. Archid. & Joan. Andr. in locis præcitatiss, & videtur probari in cap. 1. 13. qu. 1. Unde Abbas circumscriptio privilegio intelligit hunc textum in Monasteriis habentibus populum, alius fecit. Et huic opinioni valde suffragatur d. Clem. Dudum, ubi Mendicantes obtinentur jus sepulture ex privilegio Apostolicæ Sedis. Ergo illis antea non competebat de jure communi, nam frustra ex privilegio imperatur quod de jure communi competit, ut l. 1. Cod. de thesaur. lib. 10. l. 1. §. Quod beneficium fit. Ad multiplicem, gloss. 1. in c. 2. supra de rescript. intellectus tamen Abbatis nimis restringit hanc litteram, que generaliter loquitur de Mo-

nasteriis & fundat se in Divinorum frequentia & contra Abbatem allego textum expellam in c. Ubiunque 13. qu. 2. Concilium Triburien. statuit, ut si fieri possit primò quis sepeliatur in Ecclesia Episcopali; deinde in Ecclesia Monasteriorum ubi religiosa degit Congregatio. Tertio in plebis seu Capellis ubi decimæ perfolvuntur; ad idem textu apertus in c. Agapitus 16. q. 1. ubi Gregorius arguit Episcopum de Urbe veteri quod inhumaniter prohiberet Missas celebrari & mortuos sepeliri in Monasterio Sancti Gregorii; jubereque ut de cætero hoc permitat absque ulla contradictione; & quamvis Hugo, Laurentius & Joannes dicant illum textum loqui de Monasterio habente populum, tamen, ut inquit hic Archid. circa medium, isti Patres erraverunt in facto, quia Monasterium Sancti Gregorii non habet populum. Ad elem. Dudum. Respondeo privilegium Mendicantium non fuisse inutile, quia jus antiquum erat dubium propter varietatem opinionum, ut c. Super specula infra no Clerici vel Monachi.

Fallit tertio in Ecclesiis que jus habent sepeliendi ex privilegio. Et quidem si de privilegio Papæ hoc intelligatur, planum est; sed si de privilegio Episcopi difficultatem ingerit textus in dicta clementina Dudum, §. Hujusmodi, ubi videtur probari Apostolicam Sedem, duntaxat posse hoc privilegium impertiri; cum Clemens V. illud hic concessisset Prædicatoribus & Minoribus; & postea prorogavit ad Fratres Sancti Augustini & Carmelitas, ut hic notatur. Communiter tenetur opinio Joannis Andree in c. Certificari infra eodem, ubi post multa concludit etiam Episcopum posse hoc privilegium concedere per c. Bone 12. q. 2. & c. Apostolicæ de donat. ad hoc c. Authentiam, si primo infra de Eccles. adff. dummodo id fiat ex justa causa & de Capituli consensu ex notatis in c. Constituti de Relig. donib. & dimissa Parochialis Ecclesiæ Canonice portione, ut in c. 1. supra eodem & in dicto cap. Certificari, ubi Abbas num. 8. hanc conclusionem verissimam putat & pluribus confirmat.

Secundò nota hic frequentias & signa rationem cur sepultura eligi debeat apud loca magis religiosa, videlicet quia in eis orationes & Missarum solemnitas tam pro vivis quam pro defunctis frequentius celebrantur, ut hic in glossa 3. & per Host. in princ. que ratio videtur innuere, ut defunctorum anime magis participent de orationibus & suis fragis que fiunt in illa Ecclesia in qua sepulti sunt, quam de illis que fiunt alibi: quod tamen negat Innoc. in verbo frequentius; dicens Sacrificium non magis prodest hic sepultis quam alius per c. non mediocriter de consecr. dist. 5. Sed de intellectu hujus Capituli plenè dicam infra n. 100.

Illud certum est per accidens contingere, ut sepulchri in loca frequentioribus magis juventur suffragiis tibi factis; nimirum quia eorum proximi cum frequentius occasione Divinorum conflant ad loca magis religiosa suorum quorum sepulchra alipiunt, sæpius recordantur & pro eis Domino preces fundunt, ut colligitur ex c. Cum gravia 13. q. 2. ubi glossa unica in fine ex prædicta ratione deducit, ut hic potius sepeliendi sint homines, ubi est major populorum concursus, ut in Ecclesiis Cathedralibus allegat c. ubicumque eodem causâ & quæst. Host. n. 2. dicit considerandum esse Ecclesiam Sanctiorum Martiris, quia sepulchus apud Martirem orationi Martiris commendatur, ut c. pro obrentibus & c. Non assemimus 13. q. 2.

Tertio notat hic Patrum aliorumque parentum suorum, appellationem parentum aliquando venire attinentes & non ascendentes secundum Anton. de Butr. n. 4. & Joan. de Anan. n. 3. ponderando particulam & que ponitur inter diversâ, ut notatur in rubr. ff. de jur. & fact. ignorant. & per Anchar. hic in 2. notat.

Ultimò nota hic cum suis patribus sepeliri, decedentes absque electione sepulture aut eâ minus rationabiliter electâ, sepeliendos esse in sepulchro majorum suorum, Butr. hic in 2. notat.

In glossa in verbo frequentias, quæro an Sacerdos siue secularis, siue regularis qui plura stipendia pro pluribus Missis celebrandis accipit, unius tantum Missæ celebratione omnibus satisfaciatur. Quod coincidit cum dubio, an liceat pro unius Missæ celebratione plura stipendia accipere.

Hæc quæstio pendet à solutione alterius quæstionis quam intrinsecè includit & quam Silvester in verbo Missa l. n. 9. dicit esse necessariam in practica operis; sed difficilem in speculatione veritatis, videlicet, an Missæ Sacrificium pro pluribus non minus proficit singulis quam si pro quolibet ipsorum singulariter offeratur.

Antiquiores Canonistæ usque ad tempora Archid. & Joan. Andr. qui primi viderunt opera B. Thome, in ea fuerunt sententia, ut sacrificium æque sit proficuum siue pro uno singulariter offeratur, siue pro multis, licet per accidens

2. Quæst. 10. art. 12. Et quodlib. 2. art. 7.
 Similiter, ut formaliter ratiocinatur idem S. Thomas in 4.
 dist. 45. qu. 1. art. 4. qu. 2. in solutione questionis. Melius est plures juvare, quam unum. Si ergo suffragium pro multis factum tantum valeret singulis, ac si pro uno tantum fieret, Ecclesia non debuisset insistere, ut pro aliquo singulariter Missa diceretur, sed ut semper diceretur pro omnibus fidelibus. Quod patet esse falsum, ad hoc textus optimus in cap. Sacrosancta, vers. Et licet 22. distinct. ubi Anacletus Papa. Licet, inquit, pro omnibus assidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio, hi tamen verbi Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur dicens, Testis enim mihi est Deus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis; ex quo textu colligit ibi Gemin. in 4. notab. num. 3. magis prodesse orationem, que fit specialiter pro uno, quam generalem, que fit universaliter pro omnibus ab Ecclesia, quod fuisse prosequitur, ibi, Propof. num. 2. (Ad quid enim inquit) iura facerent tantam vim inter particulares Missas, maxime pro defunctis & ordinariis fectorum, vel feriales, in quibus etiam fit generalis commemoratio vivorum & mortuorum ut in cap. Cum creatura & cap. Quoniam de celebrat. Missar. editis in cap. Et hoc advertendum & in cap. fructus de consecrat. dist. 5. Si non plures operaretur illi pro quo fit peculiaris Missa, quam commemoratio generalis.) Hec Prevol. fecit textus cum gloss. in l. Item apud Labeanum, §. Hoc edictum, in ver. Neglecta, ff. de injur.
 Et confirmatur ex consideratione Scoti quodlibet, 20. §. De merito nam in amicitia humana dilectus per supplicationem meretur minus forum unum, quam si supplicaret pro multis; etenim pro uno exaudiretur ut tantum bonum impetraret ei, qui si pro multis peteret vel non pro omnibus, exaudiretur, vel non tantum bonum impetraret et itud est secundum iustam legem amicitie. Ergo similiter apud Deum magis valet ad impetrandum oblatio si fiat specialiter pro uno, quam si fiat generaliter pro multis; ad hoc l. Si quis mihi bonis, §. Sed utrum, ff. de acquir. hered. Avthen. de iur. §. Solutio, ibi, unde dicitur, collat. 4. Et l. Quæro, ff. de actione emp. nam quod specialiter declaratur validius operatur, quam quod in genere prædicatur, textus & ibi Bald. in princ. in l. 2. C. de seruit. pignorat. dato & l. Quæntas, la prima, §. Si d. quod Quintus, ibi multum enim interest generaliter an specialiter hæc legentur, ff. de aur. & arg. leg.
 Præterea si hic Sacerdos unica Missa satisfacere multis, quorum singuli elemosinam contulerunt pro unius Missæ celebratione, eodem ratione hic Sacerdos unica Missa satisfaceret ei, ad quo plura stipendia accepisset pro pluribus Missis celebrandis. Hoc autem constat esse falsum; dimitteretur enim ab Ecclesia, ut quis unica Missa satisfaceret Missis B. Gregorii, que sunt triplura; quippe si, pro quo sunt plura suffragia, citius liberatur à penis purgatorii, ut docet Magister sententiarum in 4. distinct. 45. & post eum Sancti Thomæ, quodlib. 2. artic. 14.
 Postremo observandum est in sacrificio Missæ triplicem reperiri offerentiam, nempe Christum Ecclesiam & Ministrum. De Christo hoc est expressum in Concilio Tridentino de sacrificio. Missæ. sess. 22. cap. 2. ubi sic legitur, Una eademque est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministeria, qui sacrificium tantum in Cruce obtulit, sola offerendi ratio diversa. De Ecclesia id colligitur ex D. Thom. in 3. part. quæst. 79. art. 6. in corpore & art. 7. ad 3. & Scot. d. quodlib. 20. De primo & patet ex ead. sess. 22. cap. 6. ubi S. Synodus docet, Missas privatas censeri communes, quia celebrantur à pluribus Ecclesie Ministris. Opus enim ministrum est maxime principalis agentis, cap. Litteris supra de rescriptis, p. Mulieret, §. Illi vero, infra de sentent. excomm. S. Thom. in 4. distinct. 45. qu. 2. art. 1. qu. 3. in corpore. De ministro similiter hoc est notissimum; nam ut habetur in c. Perleth, 25. distinct. Ad Sacerdotem pertinet Sacramentum Corporis, & sanguinis Christi Domini in Altari consistere & patet ex Concilio Tridentino, sess. 22. de observat. & vici. in celebrat.
 Missæ, c. un. ibi, vivifica illa hostia, quæ Deo Patri conciliatis sumas, in Altari per Sacerdotes quotidie immolatur. Qua de re S. Thom. & Theologi in 3. part. qu. 82. per totum. Et quidem in consecratione que est essentialis oblatio, dicit, Hoc est corpus meum. In reliquis verbis orationibus loquitur in persona de nomine Ecclesie: Offerimus tibi Domine, &c. Placet tibi obsequium servitutis nostræ. His autem tribus offerentibus in sacrificio Missæ triplex effectus respondet ex opere operato; id est: pro Scot. circa fin. de quodlib. relatus à Silvest. in ver. Missa primo n. 9. vers. Scias etiam effectum sacrificii appellari meritum virtualiter sic ait: Meritum Missæ in tres partes dividitur, quarum una Christo, alia Ecclesie attribuitur, tertia Sacerdoti & hæc tertiam partem duntaxat potest differre Sacerdos, qui

si eam attribuit alteri determinata persona, non potest alteri attribueri; quia tale meritum est finitum limitatum; alioquin una Missa liberaret omnes de Purgatorio, quod est hereticum; & sic est finitum, divinum minister tandem usque ad nihilum. Et si totum unum communicatur, alius nihil habet. Hæc ex illo, cuius doctrina tota est singularis & merito Ecclesie us recepta, ut testatur Navar. in Manual. c. 25. n. 92. & latius in Enchirid. de orat. cap. 20. num. 77. & in c. Non mediocriter de consecrat. distinct. 5. & Covarr. alios adducens in d. c. Alma Mater, part. 1. §. 5. num. 5. Sanæ hie abusus, qui maxime avaritiam fovet, sedem felle pietatem fidelium lædit, Sacerdotes illequeat & animas Defunctorum fraudat debitis suffragiis, videtur omnino abolendus in Decretis de celebrat. Missar. de quorum editione nunc agitur, c. Extirpanda, de Trabad. cum concordant. de quibus ibi, per Hostiens. num. 9. Concil. Tridentinum sess. 22. de observ. & vici. in celebrat. Missar. c. unica vers. Cum igitur.
 Arque ita consultis Theologis & articulo pro rei gravitate mature discussis Sac. Congregat. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum hanc sententiam postea secuta est iustitiam Decretis de celebrat. Missar. iussu Sanctissimi D. N. Urbani VIII. me Secretario editis & à Sanctitate sua approbatis & confirmatis in §. Deinde, que habentur in Bullar. tom. 4. pag. 314. ubi sic legitur, Deinde ubi præ pluribus Missis etiam ejusdem qualitatis celebrandi plura stipendia quantumcumque incongrua & exigua sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerint, aut conferantur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis, quibuscumque tam secularibus, quam regularibus, Sac. Congregatio ab observatione Divini Judicii mandat ac precipit, ut abolat tot Missas celebrantur, quot ad rationem attributa elemosina prescripta fuerint; ita ut aliquibus, ad quos pertinet, sua obligationi non satisfaciunt, qui tunc graviter peccent & ad restitutionem teneantur. Id verbis ut demeris revocatur excommunicatus, Sac. Congregatio eadem autoritate revocatur privilegia & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis & locis piis tam secularibus, quam regularibus, censuramque Ordinii, Congregationis & instituti quantumcumque ob causam concessa; quibus indulgetur in certis Missarum, vel Anniversariarum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus clariorum Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. Hæc ibi.
 Non obstat modo argumenta primæ opinionis oppositæ.
 Ad primum enim, nempe ad textum in d. cap. Non mediocriter, de consecrat. dist. 4. datur à gloss. & Doctoribus plures solutiones. Prima solutio est Bernardi Hispani, qui dixit autoritatem illam veram, quando Missa æqualiter pro omnibus dicitur; secus si intuitu unius, qui tunc licet pro omnibus dicatur, plus proficit ei, pro quo orans specialius intendit: & hæc esse veram sententiam secundum Theologos affirmat ibi Archid. in se. vers. ff. & Bellam. num. 2. Sed certe hæc solutio quamvis in se vera sit, ut ex dictis constat; tamen non congruit illis verbis, ac si pro uno qualibet reform diceretur, que verba ostendant Missam dictam intuitu unius non magis prodesse quam si pro omnibus æqualiter diceretur. Secunda solutio est glossæ, ibi in verb. Dùm igitur, & Abb. de conf. 99. num. 6. vers. Contraria, lib. 2. qui intelligunt illum textum in Missa, que juxta litteram dicitur pro centum cum hilaritate mentis, hæc enim non minus prodest singulis, quam si diceretur pro quolibet ipsorum cum anxietate. Hæc solutio vera est si valor Missæ pensetur ex virtute meriti & operis operantis sic enim augetur juxta quantitatem charitatis & fervoris ministrum, cap. ipsi Sacerdotes, 1. qu. 1. & dixi supra, n. 35. & quia orans pro multis majorem habet charitatem, hoc respectu Missa tantum est fructuosior, quando pro pluribus celebratur ut dicam infra, n. 71. Sed si valor Missæ consideretur ex virtute sacrificii & operis operati, hæc solutio coincidit cum secunda opinione Cajetan. & est aperte falsa, quia fructus sacrificii respectu alterius, cui applicatur, non augetur, nec minuitur ex devotione vel malitia Sacerdotis ut fuso ostensum est supra n. 28. Tertia solutio est ejusdem glossæ, ut littera sit referenda ad ipsum celebrantem, quia non minus valet ei si Missam celebrat pro centum, quam si pro uno & secundum hanc interpretationem illud verbum accipitur, exponi debet, id est: ad Sacerdotem celebrantem, & hunc intellectum approbat Abb. loc. cit. & Silvest. in ver. Missa prima n. 9. vers. Quod autem adducitur, & valde confusum littere; nam ibi Hieronimus posteaquam decantationem quoque Psalmorum cum alacritate & puritate prætulit totius Psalterii modulationi cum tristitia & anxietate cordis statim subnectit, Dùm igitur pro centum animabus Psalmus, vel Missa dicitur, nihilominus, quam si pro uno quodlibet reform diceretur accipitur, quomobrem cum loquatur illative manifeste apparet eum de Sacerdote intellexisse, ita ut non minus sit ei meritum celebrare pro multis, quam pro singulis

illis, imò magis si moveatur ex majore fervore charitatis cap. Charitas, de panit. dist. 2. Unde hanc solutionem potest & S. Bonavent. in 4. dist. 45. art. 2. qu. 3. ad ult. dicens: Hieronimus, sicut patet ex adjunctis, loquitur quantum ad meritum facientis: non quantum ad utilitatem ejus; pro quo fit, & Scot. d. quodlib. 20. §. de primo in fin. Ultima solutio colligitur ex doctrina D. Thom. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 4. quæst. 2. in corpore, sic enim, Si valor suffragiorum consideretur secundum quod valent ex virtute charitatis vivens membra Ecclesie, suffragia pro malis facta tantum singulis proficiunt ac si pro uno tantum fierent: quia charitas non minuitur, etsi effectus ejus dividatur in multos, imò magis augetur, ad hoc cap. 1. vers. Credendum de panit. dist. 6. Et similiter etiam gaudium quantum pluribus est commune, fit majus ut dicit August. 8. Confess. cap. 3. & sic de uno bono facto non minus letantur multi in Purgatorio, quam unus, & hoc primo modo intelligitur text. in d. cap. Non mediocriter, secundum Cardin. hic n. 6. vers. Per hoc responditur in Abb. de conf. 99. num. 6. vers. Vel tertio, & Tabdin. in ver. Restitutio, §. fin. Si autem consideratur valor suffragiorum in quantum sunt satisfactiones quedam per intentionem facientis translata in mortuos, tunc magis valet suffragium ali vi, quod pro eo singulariter fit, quam quod pro eo communiter fit & multis aliis, sic enim effectus suffragii dividitur ex Divina Justitia inter eos, pro quibus suffragia fiunt. Hæc S. Thomas, qui idem docuit quodlib. 2. art. 14. ut dixi supra n. 28. Cujus verba, licet illius mentionem non faciat, ferè ad litteram transtulit Joan. Andr. hic n. 5. in gloss. 3. vers. Dicitur, & sequuntur communiter DD. notat, ut inquit Abb. ubi supra, qui modo tenet Theologi, quam Canonice & Summius communiter, tale Tabienæ loc. cit.
 Ad secundum patet responsio ex dictis supra n. 47. in 1. argum. pro hac sententia nam etsi valor sacrificii in seipso & quantum ad sufficientiam infinitus sit, est tamen finitus quantum ad efficientiam, seu applicatorem finitè, & idem divinus in plures minus prodest singulis. Præterea ut ait Scot. d. quodlib. 20. in fin. virtus sacrificii non adequatur valori ejus, qui continetur in sacrificio, non etiam adequatur merito Passionis Christi, sed correspondit alteri merito in Ecclesia, quod quidem meritum est finitum.
 Ad tertium respondetur ex D. Thom. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 4. quæst. 2. in responsione ad primum; non procedere similitudinem inter lectionem & suffragia: quorum suffragia ut sunt satisfactiones quamdam non proficiunt pro modo actionis, quæ doctrina prodest, que sicut et in omni alia actio effectum habet secundum dispositionem recipientis, sed valet per modum solutionis debiti; & idem non est simile, sequitur Turrescmet. in d. cap. Non mediocriter, n. 9. vers. Ad secundum, de consecrat. dist. 5.
 Et eodem modo respondetur ad exemplum de cindela, nam, ut inquit S. Thom. in præalleg. dist. 45. qu. 2. art. 4. qu. 1. ad primum. Suffragia proficiunt per modum luminis in quantum à mortuis acceptantur, & ex hoc quamdam consolationem recipiunt & tanto majorem, quanto majori charitate sunt prædicti. Sed in quantum suffragia sunt quedam satisfactiones per intentionem facientis translata in alterum, non sunt similia luminis, sed magis solutioni alicujus debiti; non autem est necesse, ut si debitum pro uno solvitur, ex hoc aliorum debitum solvatur.
 Ad quartum respondetur orationem considerari, & ex parte ejus, qui oratur & ex utroque effectus ejus dependet & idem quantumvis Divinæ virtutis non sit magis difficile absolvere multos quam unum, tamen hujusmodi oratio non est ita satisfactoria pro multis, sicut pro uno. Ita S. Thomas in 4. distinct. qu. 2. in resp. ad tertium.
 Ad quintum respondetur ex Scoto d. quodlib. 20. in Missa requiri triplicem valorem, videlicet generalissimum, medium & specialissimum, ut latius dicam infra, num. 94. & omisso ultimo, qui ad rem presentem non pertinet, generalissimus est, qui debet generaliter toti Ecclesie nec non iis quorum fit mentio in Canone. Medius est qui debetur, ut quem Sacerdos cogitat in Memento. Primus valor applicatur juxta intentionem Ecclesie independentem ab intentione Sacerdotis. Secundus applicatur à Sacerdote juxta intentionem ipsius. Non igitur mirum si ex applicatione primi valoris, quam facit Ecclesia, nihil decrecat de valore, quem applicat Sacerdos; quam cum sint separati ex divisione unius in plures, non sequitur diminutio alterius argument. l. fin. ff. de eorum l. Eum adum, ff. de negot. gest. & l. Pajinianus exult. ff. de minor.
 Ad confirmationem autem respondetur ex oblatione quam facit Ecclesia pro circumstantibus & generaliter pro omnibus fidelibus, id circa nihil decrecat unicuique, quia ut advertit Cajetan. tom. 2. opus. tract. 3. cap. 2. & ex illo Gabr. Valsq. in 3. part. d. stat. tract. 3. cap. 2. & ex illo Gabr. Valsq. in 3. part. d. stat. tract. 3. cap. 2. five in Ecclesia sunt plures circumstantes, five pauciores unicuique taxatur fructus ex opere operato pro modo quantitatis fidei & devotionis

tionis cujusque; & idem in Canone dicitur & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita & nota devotio, &c. Nihil mirum igitur si hoc sacrificium generaliter oblatum non minus prodest singulis eorum si offeratur pro pluribus; quam si pro paucioribus; quod fuit expressè Navar. in Manual. cap. 25. n. 110. vers. Arbitror autem.
 Ad ultimum motivum, quod unico jejunio possit satisfieri pluribus causis jejunandi, respondet Abb. in præalleg. conf. 99. n. 6. vers. Ad jejunandum lib. 2. Procedere quod quilibet illarum causarum concernit certum diem & oportet tam ut impleatur eadem die meliori modo; quo potest. Sed magis adæquate ad hoc obiectum respondet Scotus dist. quodlib. 20. circa finem, vers. De tertio, distinguendo an plures obligationes sint ad idem numerum; an verò ad idem in specie; & quidem ut ipse ait; si sint ad idem numerum ut quando pluribus obligationibus obligor hac sexta feria jejunare, puta ex præcepto Ecclesie, quia est sexta feria quatuor temporum & iterum quia est vigilia Apostoli jejunandi & iterum ex regula in istis obligationibus, quia sunt ad idem numerum; satisfactio uno actu jejunandi; scilicet autem est ad idem speciem & ratio videtur, quia obligatio non est ad impossibile solvi Quotcumque autem sunt obligationes ad hoc; nulli potest satisfieri nisi solvendo hoc: non ergo tenetur ad aliud. Sed quando sunt plures obligationes ad idem in specie; potest satis fieri eis solvendo aliud, & aliud. Nunc autem in eadem proposito est alia, & alia obligatio completa, & ad idem in specie; scilicet ad dicendam Missam. Ergo simpliciter non satisficit, nisi reddat distincta. Hæc Scotus. Probatur hæc in l. Qui bus idem, idem ff. de verb. obligat. in l. Si non fortem, §. Libertas, ff. de condit. indeb. in l. Si usufructus mihi, ff. de usufructu, in l. Cum plures, ff. de eucit. & ex noribus per DD. in l. Titium, ubi in specie Jal. num. 8. ff. de verb. obligat. Ad id verò, quod generaliter ajunt de probabilitate opinionis oppositæ, respondeo uti falsam, & omni probabilitate destitutam autoritate Apostolica reprobatam fuisse in præallegatis Decretis de celebrat. Missar. & in declarationibus postea editis, ut inferius patebit & quatenus esset probabilis, tamen Sacerdotes in hac materia; in qua vertitur periculum anime, tenentur ex præcepto tutiorem partem amplecti, ut probavi latissime in cap. Ne inuitari supra de Constitut. Cum præferim, qui conferunt elemosinam pro celebratione Missæ, non petant opinionem, sed id; quod certum est videlicet integrum sacrificium, argum. cap. Si quis autem de panit. dist. 7.
 Sed circa prædicta quadruplex occurrit difficultas. Prima, an si stipendium non sit iustum, sed quod dicitur ab eo, quod ad sustentationem celebrantis lege, vel consuetudine taxatum est, liceat tunc Sacerdoti pro unius Missæ celebratione plura stipendia accipere usque ad præditam taxam. Ratio dubitandi est, quia ministrantibus in Altari debentur stipendia ex iustitia, cap. Ex his, 12. qu. 1. cap. Quicumque, cap. Charitatem, & cap. Ecclesiasticis, 12. qu. 2. cap. Cum secundum, de Prab. Nam qui Altari servit, de Altari vivere debet 1. ad Corinth. 9. Et dignus esset operarius mercede sua, 1. ad Thimot. 5. nec denario defendandi debent in vinea Domini operantes, cap. fin. de Magistr. Ergo si Sacerdos necessariam sustentationem non habeat, & mercedem non respondeat labori, contractus est injustus, ac proinde licet ei iure suo uti, sequitur indemnem servare plura stipendia partiaris ad sui sustentationem accipiendo usque ad quantitatem prædictam, & unica oblatione omnibus satisfacere, ita Scot. de just. & iur. lib. 9. qu. 3. art. 1. Canon, & alii quos sequitur Suar. tom. 3. in 3. parte disput. 86. sess. 4. & Azor. institut. moral. tom. 3. lib. 12. cap. 6. §. Mihi verò. Sed hanc opinionem refellit Navar. in Manual. cap. 25. num. 92. cuiusque expressè reprobat Sac. Congregatio Concilii tum in præallegato Decreto de celebrat. Missar. §. Deinde, in illis verbis, Plura stipendia quantumcumque incongrua & exigua: tum in declaratione postea edita tenoris inferiscripti, videlicet, An cum Ordinarius præscripserit elemosinam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare, & in stipulationibus & aliis contractibus, qualis dicitur celebrari inter dantem elemosinam & Sacerdotem, nempe do ut facias, ut notatur in c. Significatum, de Prab. præsertim primò id sequitur, quod actum est à partibus l. Semper in stipulationibus, & ibi Decius in 1. notab. ff. de reg. iur. & l. Sed Celsus, §. Sed si fundus, ff. de contrahen. empt. Contractus enim ex conventionione legem accipiunt, ut in reg. Sexti Contractus, & in l. Contractus, ff. eod. Unde fit Presbiter liberaliter, & gratis cupiam promississet Missam dicere, utique teneretur stare promissis, quantumcumque nudum esset pactum, & non vetitum coherentia rei, vel contractus, c. 1. Cum materia, supra de pactis, cap. unicus. eodem. tit. lib. 6. Eleutherius, 18. qu. 2. alioquin frangeret fidem secundum Tabien. in ver. Restitutio, §. fin. vers. Concludo igitur.

Ergo multo magis tenetur stare promissis cum se obligavit stipendio accepto quantumvis incongruo & exiguo, imputet enim sibi qui accipit elemosinam ad victum insufficientem, & tamen promittit sacrificium offerre. Videtur enim sic favori suo remitti, prout potest, *l. Si quis in conscribendo, C. de pactis*, ad exemplum eius, qui acceptat beneficium tenente, quia non propter excusatur a residentia, & tertio, *cap. Conquerente*, & hic DD. *supra de cler. non resid. gloss. in cap. Clericus vicium, in ver. Vigilis, 91. dist.*

82 Nec refragantur illa verba decreti de celebrat. Missar. quibus Sacerdos adstringitur ad tot Missas celebrandas, quot ad rationem attribuit elemosinam prescriptam fuerint. Quoniam ex Sac. Congregationis Sententia intelligi debent de prescriptione facta ab eo, qui elemosinam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens elemosinam numerum Missarum celebrandarum non prescripserit; tunc demum Missae celebrari debent quot prescripserit Ordinarius secundum morem civitatis, vel provinciae. Habentur supra scriptae declarationes in Bullar. tom. 4. pag. 317. Preterea si Sacerdos aliunde haberet unde viveret, utique non liceret ei plura stipendia uterque minima accipere pro unius Missae celebratione, ut idem Scot. fatetur *ead. art. 3. legitur nec ratione Pauperatis id ei licebit. Tum qui pauperis sacrificantis non tollit iustitiam, nec debitum alieni. arg. e. Ex tenore de foro compet. & cap. Denique, 14. qu. 5.* Tum quia Missae sacrificium non est imbutum ad pauperum inopiam sublevandam, quin potius sanxit Ecclesia, ut nullus pauper ordinaretur, ut *cap. Non liceat, cap. Episcopus, cap. Tuis & cap. Cum secundum, de Praeb. & qui ordinatus in pauperem incidere, articulo, vel agricultura sibi victum quaereret, cap. Clericus vicium, 91. dist.* cum non deceat eos, qui Divinis obsequiis adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, Concilium Trident. sess. 12. cap. 21. Tum denique, quia sacri Canones in assignatione stipendii non considerant pauperem, sed mercedem laboris, cum nemo militet propriis stipendiis, *cap. Cum ex officio, de praescript. & probatur in cap. Clerici, 1. qu. 2. perpendendo illum textum, ut dixi in c. Si quis sane, n. 7. supra de peculio Clericor.* Ergo si Sacerdoti habenti unde vivat non licet plura stipendia etiam incongrua accipere, utique nec licet pauperi. Quibus demum accedit, quod non solum sacrificio Altaris, sed & in multis aliis Sacerdos inservit Ecclesiae, & ut minimum Horas Canonicas recitat *cap. 1. supra de celebrat. Missar.* Igitur non tenetur ei victum praebere in tantum, pro quo sacrificium offert, & consequenter ex eo quod stipendium ab ipso acceptum sit minus congruum, non ideo minus tenebitur integrum sacrificium illi applicare.

84 Secunda difficultas est an si consuetudine regionis receptum sit ut Sacerdos, qui tenetur alicui ad applicationem sacrificii, nihilominus ab aliis quoque elemosinam accipiat pro celebratione Missae, & unicam Missam celebrat pro omnibus, ejusmodi consuetudine excusetur necne. Et quidem Praep. l. in cap. Sacrosancta, num. 3. vers. Ego tamen, 22. dist. format similem questionem, videlicet: Si consuetudo sit in patria ut unus Sacerdos, licet obligatus ad Missam ratione beneficii, vel salarii, tamen accipiat onus, vel elemosinam pro Missa peculiaribus eadem die, quae ad aliam Missam tenetur, dicendis & diclam Missam ordinariam ad quam tenetur, & pro votiva, vel peculiaris fructu collectam, an Sacerdos sit tutus propter consuetudinem; & resolvit esse tutum, nec censeri fraudare testatorem, dantem elemosinam pro tali Missa peculiaris, vel votiva. Movetur, quia intentio testatoris, vel dantis debet in dubio intelligi secundum consuetudinem patriae, ut notat Bart. in l. Haeredes mei, §. Cum ita, ff. ad Trebellian. & in l. Jurisjurandi, §. Si liberi, ff. de oper. libert. Imol. in c. Potuit, in fin. de locat. ad hoc l. Semper in Stipulationibus, ff. de reg. jur. hic, Si non appareat quod actum est, consequens erit ut id sequamur, quod in regione, in quo actum est, frequentatur, & hic Decius num. 8. dat concordantes. Ergo legando, vel dando elemosinam pro tali Missa peculiaris, vel votiva, mens dantis, & recipientis recipit interpretationem passivam a consuetudine praedicta, ut satis sit in ordinaria Missa dicere collectam votivae, vel peculiaris.

Sed his non obstantibus contrarium videtur de jure veteri; quia hujusmodi consuetudo est prava & nutritiva peccati, ut patet ex dictis supra ad n. 51. & praesertim, n. 65. & idem Praepositus loco citato fatetur ex hoc multis illaqueari in perditionem animarum futuram, unde non meretur nomen consuetudinis, sed potius abusus & corruptio, *cap. Schizma, 24. qu. 1. cap. Cum venerabilis, cap. Ex parte, & cap. fin. supra de consuetudine, & etia in terminis nostris resolvit Scot. cit. quodlib. 22. §. De tertio articulo, vers. Sed nunquid in casu aliquo, ait enim, simplices Sacerdotes teneri ad singulas Missas propter singulas obligationes, nec excusari eos consuetudo non celebrando plures Missas eodem die, quia tantum licet eis ad illa se obligare, de quibus fuerint certi quod possint complete solvere, & cessat om-*

nis difficultas, quia in Decretis de celebrat. Missar. a S. D. N. approbatis in §. Deinde districte praecipitur Sacerdotibus, ut tot Missas celebrent, quot stipendia accepturum pro illa celebratione, ita ut aliquo non consequantur liberationem, quin imò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur, ut dictum est supra num. 65. & in fin. in §. Non obstantibus, quoad omnia, & singula in his Decretis contenta derogatur consuetudinibus etiam immemorabilibus.

Non obstat fundamentum Praepositi quod intentio eorum, qui conferunt elemosinam, recipiat interpretationem a consuetudine, quia respondeo hoc verum esse, ubi consuetudo est rationalis, prout loquitur Bart. & Imol. citati, quod non contingit hoc casu. Ad quod adducit notabilem doctrinam Marian. Socin. in tract. de oblat. libello 18. num. 3. vers. Nisi diceretur, ubi videtur velle, ut mens offerentium non debeat interpretari secundum consuetudinem, si talis consuetudo sit à jure improbat, & propterea quavis obligationes factae imagini alicujus Sancti depictae in muro quae possint domino muri ex voluntate offerentium tacite, vel expresse declarata tamen haec tacita voluntas non elicitur ex eo quod ex consuetudine obligationes cedant laico muri domino: quia haec consuetudo reprobat in hac consuetudinem, 10. q. 1. ac prout ab illa non est fundata tacite voluntatis praesumptio, seu unitio. Ita in proposito cum consuetudo satisfaciendi unicam Missa pluribus obligationibus sit improbat in praecitis Decretis, ab illa non est fundata interpretatio voluntatis offerentium elemosinam.

Declarat hanc conclusionem Scot. loc. cit. ut non procedat: Si consuetudo sit ut anniversaria celebrentur in illis Ecclesiis, ubi corpora sepeliuntur, & in quibus ipsi mortui dum viverant, perciperent Ecclesiastica Sacramenta, non si talis Ecclesia rationabilem consuetudinem habeat, ut eodem die non dicatur nisi una Missa pro mortuis, si contingat eodem die plura anniversaria concurrere, satisfiat illis pluribus per unam Missam. Recte enim, vel ministri non obligantur ad impossibile, vel omnino ad inconvenientem illi Ecclesiae, in qua ministrant, ejusmodi esse ibi eodem die plures Missas pro mortuis solemniter celebrare, & eorum obligatio debet intelligi secundum rationabilem consuetudinem illius Ecclesiae. Praeterea quilibet potest cedere juri suo consentiendo ut Missa non dicatur pro se solo, sed pro se & aliis simul, & talis cessio licet expresse non fiat in casu proposito; tamen rationabiliter intelligenda est fieri implicitè non solum in animo ejus, qui se obligat, sed etiam illius, cui fit obligatio, & in hoc casu, cui fit obligatio, bene novit consuetudinem Ecclesiae. Hec Scot. sequitur Navar. in Manual. cap. 25. num. 92. in fin. & in hoc casu possit salvari opinio Praep. in d. cap. Sacros. & illi etiam intelligi possunt Petrus de Pal. Antonin. & alii apud Silveit. in ver. Missa, 1. qu. 10. & Tab. in ver. Restitutio, §. fin. dicentes Sacerdotem obligatum ad plures Missas excusari celebrando unam pro omnibus propter impossibilitatem celebrandi pro quolibet specialiter, vel propter rationabilem consuetudinem maxime apud eum, qui fecit, vel scire debet; quia dolus scienti non inferitur. Cogita tamen an hinc declarationi restat decretum superius relatum num. 65. de celebrat. Missar. nam illius verba respiciunt non tantum Sacerdotes, quibus elemosinam conferuntur, sed etiam Ecclesias, Collegia, Capitula, Monasteria, & loca paucumque; jubentque tot Missas celebrari, quot praescriptae fuerint ab offerentibus elemosinam, & in fine tolluntur consuetudines etiam immemorabiles. Atque ita videntur sublatæ etiam consuetudines Ecclesiarum & cum iustitia, ut ait Scot. ubi supra requirit pro singulis obligationibus singulas Missas, & requiritur iustitia in Ecclesia Collegiata; sicut à simplici Sacerdote. Tertia difficultas est, an beneficii, vel Capellani, quibus diebus tenentur Missam celebrare ratione beneficii, vel salarii, possint ab aliis elemosinam accipere, & unicam Missam omnibus satisfacere.

Ludovicus Romanus conf. suo 339. incipit. Dicitur Monachus, resolvit Beneficium, seu Capellanum non teneri specialiter celebrare Missam pro anima donantis Capellani & suorum, nec generaliter pro mortuis, sed sufficere, ut in oratione, quae offertur Deo in Missa, fiat commemoratio defunctorum in genere, quia ut ipse inquit, non minus indulgentia accipit Patronus à Deo ex tali commemoratione generaliter facta, quam si pro specialiter fieret; allegat textum, qui hoc expresse dicit in cap. Non medicinerit, de consecrat. dist. 8. & propterea superfluum est nomina eorum pro quibus Missa celebratur, specificè commemorare; text. est in cap. Visum & in cap. De nominibus de consecrat. dist. 1. Substitutum tamen Roman. ut si Sacerdos vellet dicere specialem commemorationem, potest & pius esse facere, non ut Deus intelligat, cui nihil est ignotum, sed ut supplicantium devotio reddatur affectus, ut ait gloss. in dict. cap. De nominibus, in fin.

Ceterum opinio Ludovici admitti potest in eo tantum casu in quo Beneficiarius vel Capellanus ratione beneficii vel salarii tenetur ad solam celebrationem Missae cum commemo-

ratione seu collecta pro anima Fundatoris vel alterius; non autem ad applicationem sacrificii, idque omnino certum est: puta quia in institutione Beneficii vel Capellaniae ita expressè fuit cautum. Tunc enim cum habeat Missam liberam, non prohibetur illius valorem quibus voluerit applicare, ut scriptum plene in c. Significatum n. 38. supra de praeb. in q. An Sacerdos qui tenetur ad solam Missae celebrationem; non autem ad illius applicationem, possit pro applicatione elemosinam accipere. At secus dicendum est cum Beneficiarius vel Capellanus est obnoxius ad dicendam Missam pro anima ipsius Fundatoris vel dotantis Capellani aut cujlibet alterius, quia tunc tenetur illis sacrificium applicare, ut dixi in praedicta Decretali Significatum n. 44. ac prout non potest ab aliis elemosinam accipere & unicam Missam omnibus satisfacere: ita in terminis Abb. conf. 199. Quidam condidit testamentum n. 5. vers. Nunc tertium dubium lib. 2. ubi plenissime constat in facti contingencia, beneficiarios Ecclesiae Cathedralis quibus diebus tenentur Missam celebrare ratione beneficiorum suorum, non posse adimplere alia onera Missarum suorum pro anima sua celebrari mandavit; & illud consilium sequitur Koch. de Curie de Jure Patronatus in verbo Honorificum q. 57. n. 92. vers. Limita. Lamberteng. in eod. tract. lib. 3. in 3. q. 1. princ. art. 3. vers. sequitur praedicta & Navar. conf. 9. incip. Ex Concil. n. 1. & 2. de Celebrat. Missar. ubi redarguit Ludovicus Romanus quod male conflauerit; & est ex mente glossae 1. in c. significatum supra de praeb. dum ait obligatum ad celebrandum ratione beneficii, non possit alteri locare operas suas. Fundamentum hujus conclusionis est, quia cum sacrificium jam sit ubi debitum non potest fingi argum. iustitiam alteri applicari; cum illa obligatio praecedat, arg. leg. Qui prior, ff. de judic. de lege Cum ex pluribus, ff. de solut. & optime per Innoc. in c. Cum jam dudum de praeb. vel certe quantum obligatio fieret pro utroque, non tamen absolute dicitur fieri pro secundo, quia ex Divina Justitia dividitur inter eos pro quibus offertur; & sic divisum minus accipitur à singulis, quasi pro uno tantum singulariter offerretur, ut latissime ostensum est supra n. 50. Ad hoc bonus textus in simili in c. Cum in illis in fine de praeb. lib. 6. ubi si mandatur provideri de beneficio spectante ad collationem unius, non potest impleri mandatum in beneficio, cujus collatio ad eum simul cum alio pertinet. Ad idem facti textus in leg. si fuerit, ff. de reb. dub. ubi dicitur legatum impedit factum uno ex cognatis qui primus Capitolium ascendit, simul duo ascendisse dicantur; vel fuit factum illi qui monumentum fecerit & plures dicantur fecisse. Item facti quod plene notat Bart. in lege Hoc art. ff. de hered. instit. Unde cum Sacerdos sit obligatus ad celebrandum pro aliquo seu pro anima unius, tenetur celebrare pro illius anima & intuitu illius duntaxat & non alterius, ad hoc textus optimus, jundctâ glossâ penultima in c. Cum Apostolica de concess. praeb. & hanc sententiam probavit Sacra Congregatio Concil. tum in praallegatis Decretis de celebrat. Missar. tum in declaratione postea edita tenoris infra scripti, videlicet, an Sacerdotes qui tenentur Missam celebrare ratione beneficii seu Capellani, legati vel salarii, possint etiam manuum elemosinam pro Missis votivis aut defunctorum recipere & unicam Missam sacrificio utrique oneri satisfacere? Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum autoritate sibi à Sanctissimo D. N. attributa censuit Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii seu Capellani aut salarii, si elemosinas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missam utrique obligationi satisfacere. Habetur in Bullar. tom. 4. pag. 317.

82 Quarta & ultima difficultas est, an Parochus possit elemosinam accipere pro Missa celebranda in his diebus in quibus tenetur ex Praecepto, celebrare pro suis Parochianis.

Hec questio non videtur omnino pertinere ad interpretationem Decretorum de celebrat. Missar. quia in §. Deinde solum statuitur, ut qui stipendia accepturum pro Missa celebrandis, debeant tot Missas celebrare quot ad rationem attribuit elemosinam praescriptam fuerint; atque ita hoc Decretum loquitur de Sacerdotibus accipientibus elemosinas manuales; non autem explicitè de obrinentibus beneficia Ecclesiastica.

83 Sed questio solutio videtur magis pendere ab intelligentia decreti Concil. Trid. in cap. 1. sess. 15. ubi definitur praepcepto Divino mandatum esse omnibus curam animarum habentibus oves suas agnoscere & pro his sacrificium offerre, nam si Parochus tenetur applicare oves suas Missae sacrificium, certum erit eum non posse elemosinam manuales accipere pro ejusdem sacrificii applicatione, ne, ex his, quae latissime superius deducta sunt à n. 44. Contextus Concil. tres habet intellectus, quidam enim exponunt verba illa, pro his sacrificium offerre, id est pro eo communitate ad hoc, ut ipsi possint Missam audire, &

satisfacere Ecclesiae praepcepto, de quo in cap. in Dominicis, 9. qu. 2. & in cap. 2. de Paroch. Sed hic sensus non videtur admodum congruere verbis Conc. nam verbum offerre & verba, pro his, magis ipsam sacrificii applicationem, quam populi commoditatem important, *cap. Tempus 13. qu. 2.* Propterea praepceptum de Missa audienda in Dominicis & festis diebus est de jure Ecclesiastico, *cap. Missar. ibi, Speciali ordine praecipimus, de consecr. dist. 1.* Quosmodum ergo Parochus adstringitur Jure Divino ad sacrificium offerendum, ut populus audire possit Missam, si populus ad id non tenetur ex constitutione Ecclesiae? Pro intelligentia secundum intellectus praemittendum est sacrificio Missae inesse triplicem valorem, seu fructum secundum Scorum quodlib. 10. art. 2. & 3. quem alii Theologi sequuntur, & cujus doctrinam dicunt esse singularem & usum Ecclesiae merito receptam, *Soc. de just. & jur. lib. 3. q. 2. art. 2. Corduba l. 1. q. 3. not. 4.* & Navar. in Man. cap. 25. n. 92. Primus fructus dicitur generalissimus & hunc applicat Ecclesia per Sacerdotum summum Pontificem & alios, de quibus in Canone & generaliter in qualibet Missae celebratione. Secundus est specialissimus, quo fruitur ipsomet Sacerdos dum celebrat. Tertius appellatur medius, cujus dispensatio committitur Sacerdoti & eum applicat illis, pro quibus offert sacrificium. Hi autem fructus ita invicem se habent, ut ex applicatione unius non impediatur applicatio alterius. Ideoque Sacerdos est tenetur generaliter celebrare pro Pontifice, pro Imperatore, pro Episcopo &c. non tamen prohibetur idemmet sacrificium etiam pro his, qui elemosinam conferunt, sicut è converso qui tenetur ad Missam ratione elemosinae, non tamen prohibetur, imò debet sacrificium offerre etiam pro Papa, atque aliis praedictis, sicut etiam tetigit supra n. 77. & seq. Itaque dum Concilium declarat Parochum teneri pro ovis suis sacrificium offerre, dicitur quod esse intelligendum quo ad applicationem fructus generalissimi, ita ut tenetur pro illis celebrare eo modo, quo tenetur pro Pontifice, atque aliis generaliter. Id autem, ut diximus, non impedit quominus possit applicare sacrificium etiam particulariter offerenti elemosinam. Sed neque hic intellectus videtur omnino congruere cum Decreto Concilii, nam dum Concilium declarat teneri Parochum offerre sacrificium pro ovis suis, indicavit in Parochia adesse aliquam specialem obligationem diversam ab illa, quam habent singuli Sacerdotes applicandi fructum Missae omnibus Christi fidelibus. Videtur ergo verus & consonus verbis & intentioni Concilii, tertius intellectus, quo Parochus obligatur ad offerendum sacrificium pro ovis suis, id est ad specialem ipsius sacrificii, & fructus medii applicationem, quemadmodum videntur sentire Scot. de just. & jur. quodlib. 3. Valq. in 3. p. disp. 231. art. 6. cap. 6. & alio recentiores.

Atque hinc sequitur, ut quibus diebus Parochus tenetur ex praepcepto celebrare & sacrificium suis ovis applicare, non possit elemosinam accipere pro ejusdem sacrificii applicatione; quia nimirum hic fructus medii sacrificii jam reperitur alteri debitus ex his quae dicta sunt supra n. 91. Ita in puncto censet Suarez tom. 3. in 2. part. disp. 86. sect. 3. §. Et juxta hanc conclusionem. Nec est omniterendum in Concil. quarto Provinciali Mediolanensi à Sac. Congreg. recognito, atque à Sede Apostolica approbato in tit. De his, quae pertinent ad sanctissimum Missae sacrificium, inter cetera prohiberi curatis, ut diebus Dominicis, & aliis quibus tenentur celebrare pro populo aliud suscipiant Missarum celebrandarum onus.

Pro complemento materiae libet subnectere declarationem Sacrae Congregationis Concilii Trident. Sanctissimi D. N. Alexandri Papae VII. jussa editam super secundo Decreto ejusdem Congregationis de celebrat. Missar. cujus tenor talis est.

(Cum Autores nonnulli scriptis suis etiam tipis asseruerint Sacerdoti pro alio Missam, recepta elemosina celebranti licitum esse aliam elemosinam quoque accipere ab altero cui partem illam fructus seu valoris ejusdem sacrificii ipsimet celebranti debent, specialem (nuncupatam) applicet) ac prout hanc casum sub Decreto Sacrae Congregationis Concilii, prohibente duplex pro unica Missa stipendium seu elemosinam recipi, non esse comprehendendum.

Propterea Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Concilii Trident. Interpretum quae autoritate sibi per Apostolicum Sedem Specialiter attributa solum curae ne à Sacerdotibus circa celebrationem Sacrosancti Missae sacrificii, unde in nos uberrima Divina liberalitatis munera derivantur, avaritiae labes ulla aut suspicio contrahatur, antedictam assertionem maturè examinavit eamdemque prout reprobatam sub die 15. Januarii 1659. censuit.

Nulli Sacerdoti licitum esse praefata ratione sine praesertito aliarum elemosinarum accipere praeter istam quam accepit ab eo pro quo Missam offerre tenetur; ac potius casus

hunc esse comprehensum in Decretis aliis per eandem Sacram Congregationem Concilii editis, quibus prohibetur ne duplex stipendium pro unica recipiatur.

Quam Sacre Congregationis Sententiam ad Sanctissimum D. N. Alexandrum Papam VII. relatum, Sanctitas Sua sub die 29. ejusdem mensis approbavit & Decretum publicari; atque ad Episcopos & Generales Regularium Ordinum transmitti iussit, ut ipsi doctrinam hujusmodi per suos Penitentiariorum & Confessariorum ac Lectores respectivè insinuari, doceri atque in tractatibus moralibus per eosdem imprimendos vulgari Pastoralis vigilantia curent. Publicatum die 27. Octobris 1659.

Hinc non dissimilis est alia doctrina hoc tempore à nonnullis Autoribus subtiliter adinventæ, videlicet, cum valor seu fructus medius sacrificii de quo Sacrificans potest ad libitum disponere, dividatur in satisfactorium & impetratorium. Si quis det Sacerdoti stipendium pro Missa cum applicatione fructus satisfactorii; & alius det eidem Sacerdoti aliud stipendium pro Missa cum applicatione fructus impetratorii, potest Sacerdos unâ Missa satisfacere utrique obligationi, applicando cuilibet fructum petrum. De hac doctrina egi cum Sanctissimo qui visus est eam improbare;

justique mihi ut dubium discutendum mitterem ad Sacram Congregationem Concilii. à quo post paucos dies edita fuit declaratio sequentibus verbis concepta.

A Reverendissimo D. Fagnano pro sua egregia pietate ac Divini cultus zelo dubium infra scripto verborum tenore conceptum ad hanc Sacram Congregationem jubente Sanctissimo D. N. transmissum fuit.

An Sacerdos qui unum stipendium accepit pro celebratione Missæ, verbi gratia pro defuncto, & sic cum obligatione applicandi fructum satisfactorium; & aliud stipendium pro celebratione Missæ, verbi gratia pro infirmo; & sic cum obligatione applicandi fructum impetratorium, possit unâ Missa utrique obligationi satisfacere applicando defuncto satisfactorium & infirmo impetratorium; anve hoc casu locum habeat Decretum secundum Sacram Congregationem Concilii de celebr. Missar.

Die 13. Decembris 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, respondit quoad primam partem non posse satisfacere. Quo verò ad secundam habere locum.



DE PAROCHIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

Ex Concilio Africano.

CAPUT I.

SI Episcopus ex Donatistis ad Catholicam est unitatem conversus, æqualiter inter se dividant eas, quæ sic inventæ fuerint, ubi ambæ partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quòd si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Sed si antiqui Catholici suum voluerit, & illi suum qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, ut non possint æqualiter dividi, velut si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod dictum est, cum de uno loco superius tractaretur.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus dividitur modo hic expresso inter Episcopum substitutum Episcopo hæretico; & ipsum hæreticum reversionem & ex dispensatione receptam.
2 Episcopi duo ex magna causa possunt constitui in uno Episcopatu.
3 Episcopus hæreticus ad Fidem conversus, recuperat primum locum dispensativè.
4 Restitutio ad bona publicata non trahitur ad eo quæ medio tempore in alium legitime translata fuerunt.
5 Divisionem bonorum frater major facit & minor eligit secundum opinionem Canonistarum & n. 13. Et major intelligitur non respectu ætatis; sed respectu administrationis, n. 7.
6 Frater minor non provocat ad divisionem; sed provocatur à fratre majore.
8 Fratres si debeant aliquam hæreditatem dividere, non major

- nata debet divisionem facere; sed ille qui diutius res paternas administravit.
9 Divisio inter socios studii, fieri debet ab eo qui diutius in studio fuit.
10 Frater major secundum Legistas non tenetur facere portiones, nec minor eligere; sed divisio faciendâ est iudicis Officio; vel sortis mittendæ & n. seq.
11 Frater potest fratrem ad divisionem vocare, iudicio familia erigenda vel communi dividendo.
12 Iudex quomodò se gerere debeat in divisione faciendâ inter fratres.
13 Consuetudo, ut frater major dividat & minor eligat, teste Augustino, traxit originem à divisione Abrahæ & Loth & n. seqq.
14 Dicitur Sancti Iulianum, autoritate veteris vel novi Testamenti prævalere dictis aliorum omnium.

Si

SI Episcopus. Ponit qualiter dividatur Episcopatus inter Episcopum substitutum Episcopo hæretico; & ipsum hæreticum reversionem & ex dispensatione receptam, Joan. Andr. Burr. Card. Anchar. Abb. & Joan. de Anan. Habet quinque dicta ad idem tendentia que patent ex littera.

Nota primò ex textu, casum singularem in quo duo Episcopi possunt esse unius Episcopatus, videlicet quando alter cum parte populi labitur in hæresim; & alter canonicè eligi seu præcitur; nam primus cum plebe ad Ecclesiam unitatem revertitur & ex dispensatione receptus constituitur Episcopus in eodem Episcopatu unâ cum Episcopo substituto, ut hic notat Bernardus post casum & est simile in e. Non autem 7. q. 1. ubi Augustinus accessit Valerio incolami, ita ut uterque in solidum esset Episcopus & munia Episcopalia exerceret, ut hic in textu & in glossa in verbo ut non succederet. Hoc tamen secundum Abbatem hic n. 3. fieri non debet sine magna causa, ne in eodem Dioecesi videantur duo capiti quasi monstrum, ut e. inter cetera & c. Quoniam supra de Offic. Ordin. nam expressè hoc prohibetur in d. e. quoniam & ita hic factum fuit, tum pro multitudinis sequentium Episcopum ad Catholicam fidem reversionem; tum pro utilitate, ut notat gloss. in figuracione casus. Ceterum, ut formaliter inquit Joan. Andr. num. 5. non credo, quòd tuis diebus prædicet hunc casum. Si enim hodie Episcopus ad fidem reversionem sic restitueretur, Ecclesia aliter provideret substituto, dando alium Episcopatum, vel designando certos redditus & Joan. Andr. totidem verbis referunt Burr. hic num. 7. in fin. & Card. num. 3. circa med. vers. In quo dicit Joan. Andr.

Secundò nota ibi, Dividunt eas, Episcopum lapsum in hæresim, ac postea ad Catholicam unitatem reversionem recuperare primum locum. Propterea enim iste Episcopus recuperavit dimidiam partem Episcopatus duntaxat, quia fuerat substitutus alius Episcopus, vel designando certum redditum, totum recuperasset, ut hic per Burr. num. 2. Sed tu dicas ex hac littera potius colligi oppositum, nam quod hic dicitur, fuit dispensatio & provisiò, ut indemet Burr. fatetur & fuit intellectus Tancredi Bernardi & Innocentii, hic in princ. & gloss. Joan. in cap. Ista pietas in figuracione casus, 23. quest. 4. Vel certe secundum alium intellectum Abb. Antiq. & Host. qui placet Joan. Andr. n. 5. hoc cap. Non ponit jus commune in eo, quod Episcopus reverfus de hæresi recipiatur ad Episcopatum, sed in eo quod dispensativè recipiatur. Itaque conventus indiget gratia & dispensatione, licet hæc dispensatio secundum posteriorem intellectum habeat fomentum à jure communi.

Tertiò nota ex hac Decretali argum. optimum secundum Abb. Sicul. in 1. notab. Quòd si quis, cujus bona fuerunt ob delictum publicata, restituitur, non recuperat bona legitime in alium translata; sicut ipse Episcopus conversus non recuperavit primum locum, quia medio tempore fuerat ei substitutus alius Episcopus & restitutio non potest retraheri eum prejudicio illius, cui bona fuerint collata. Ad quod vide bonum text. in cap. Quoniam, & de rescript. lib. 6. & quod dixi, in cap. Mandat, num. 16. 57. de Sim.

Ultimò nota ibi & minor eligit. In divisione faciendâ meliorem esse conditionem minoris, quia major facit portiones, & minor eligit, ut in text. & not. Bernard. post casum. Quod memoria commenda, pro divisionibus que in dies sunt inter fratres majores & minores secundum Burr. hic num. 6. & Anchar. num. 2. ibi. Nota quòd antiquior dividit, junior eligit. Et est simile in fratre minore, qui non provocat ad divisionem, sed provocatur à fratre majore, ut l. Inter omnes & ibi Bald. & Salic. C. de præditi minor. & l. jubemus, C. de Saeros. Eccles. Sed tu adverte, quia istud non probatur hic non verba illa, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligit, intelliguntur à DD. de majore non respectu ætatis, sed respectu majoris temporis, quo fuit in Episcopatu; quia præsumitur melius scire facultates Ecclesiarum; semper enim in dubiis secur-

rendum est ad illos; qui melius veritatem noverunt, cap. Videtur, §. 1. & 2. infra qui matr. occu. poss. secundum Hostens. hic numer. 2. in vers. Amplius temporis, Joan. Andr. numer. 2. Cardin. eodem numer. Anchar. in 4. notabili & Abb. numer. 4. qui ex hoc funt optimum argum. ut si fratres debeant aliquam hæreditatem dividere, non major natu debeat divisionem facere, sed ille, qui diutius res paternas administravit, & inter socios studii, qui diutius fuit in studio. Et hanc opinionem tenent communiter Canonistæ, ut testatur Jas. alio citans in l. 1. num. 39. vers. Et istam opinionem, & infra vers. Et tenendo, si certum petatur. Sed Legista magis communiter tenent contrarium, ut dicit Jas. d. num. 39. id est fratrem majorem non teneri portiones facere, nec minorem eligere, sed vel divisionem faciendam esse iudicis officio, vel sortis mittendæ. Et ita in specie determinat Bart. & Angel. in l. 1. C. de his, qui se def. lib. 10. Bart. & Bald. in l. 2. C. Quando, & à quibus quarta pars dicebatur lib. 10. & idem Bald. in l. si major, n. 1. C. Commun. divid. dicens inter fratres sexu, vel ætate dispares de jure non debere esse differentiam prælationis dividendi vel optandi, sed in omnibus debere æqualitatem servari, ut ibi in text. & sic debet optio brevium, vel sortis felicitate contingere non prerogativa personæ, ut l. 2. C. Quando, & à quibus quarta pars dicebatur, lib. 10. Angel. in l. Sancimus, §. 1. circa med. vers. Alias autem, C. de donat. ubi ait, Cum ad divisionem venit, non deferri optionem minori ætate, aut majori, sed oportere hoc committi iudicio fortune, aut per licitationem rem dividi, ut l. Si super, C. comm. delegat. Joan. de Imol. in l. Suis quoque, in princ. ff. de hæred. instit. plenè Tiraquel. in tract. de primogen. qu. 60. Covarr. pract. qu. cap. 40. num. 3. & dicit Joan. de Anan. in cap. Qualiter, & quando, il secundo, num. 4. ante med. vers. & vidi hanc alterationem, infra de ascusat. alius dum hic casus evenisset de facto in civitate Bononiæ, omnes DD. Bononienses, eo excepto, consuluisse pro ista opinione; alios refert Jas. loc. cit. & ex Canonistis hanc partem sequitur Abb. hic num. 4. nam ut ipse putat, frater non tenetur hanc divisionem facere si nolit; nam potest fratres ad divisionem vocare per iudicium familia erigendæ, vel communi dividendo, & iudex ex officio suo tenetur dividere secundum quod sibi videtur æquum considerata rerum qualitate, ut habetur in istis de offic. iudic. quasi per totum, & in l. Ad officium, C. comm. divid. vel forte secundum eum iudex possit hoconus dividendi inungere et qui habet majorem notitiam rerum, sicut fecit hic Concilium.

Sed pro opinione Canonistarum urget autoritas Augustini relati à Bald. in d. l. Si major, num. 1. qui lib. 16. de Civitate Dei, cap. 20. primò commemorat divisionem Abrahamæ, & Loth, cujus in hunc modum sit mentio Genes. cap. 13. num. 8. ac deinde sic ait: Hinc fortassis effectus est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est major dividat, minor eligit. Hæc Augustinus. Undè cum hanc dividendi consuetudinem originè deduxerit ex divisione Abrahamæ, & Loth, & sic ejus dictam fulciatur autoritate veteris testamenti, prævalet dictis aliorum omnium, ut est gloss. reputata singularis in cap. De libellis, in ver. Illorum, 20. dist. quam ad hoc ponderat Jas. in d. l. 1. num. 39. vers. In contrarium dicens, durum esse ad illum respondere, & ante eum Joan. de Anan. in d. cap. Qualiter, & quando, num. 4. ubi etiam advertit Legistas non rectè respondere ad hanc Decretalem, dum dicunt eam loqui dispensativè, vel in casu speciali, favore fidei. Quia ratio hujus text. æquè militat in aliis divisionibus, sicut in ista que fit inter Coepiscopos. Subdit tamen per Italiam extare statuta disponentia super hujusmodi divisione faciendâ, vel saltem esse quasi generalem consuetudinem. In casu statuti consulit Ludovicus Rom. d. conf. 471.